ĐURO BAŠIĆ D. I.

ELOGIA IESUITARUM RAGUSINORUM

SA UVODOM I NAPOMENAMA

DR. DRAGOLJUBA PAVLOVIĆA

(OTŠTAMPANO IZ CROATIA SACRA)

ZAGREB 1933

TISAK NADBISKUPSKE TISKARE

ĐURO BAŠIĆ D. I.

ELOGIA IESUITARUM RAGUSINORUM

SA UVODOM I NAPOMENAMA

DR. DRAGOLJUBA PAVLOVIĆA

(OTŠTAMPANO IZ CROATIA-SACRA)

ZAGREB 1933

TISAK NADBISKUPSKE TISKARE

INDEX ELOGIORUM

(Broj označuje stranicu — Numerus paginam denotat).

ĐURE BAŠIĆA D. I.

ELOGIA IESUITARUM RAGUSINORUM

IZDAO I BILJEŠKAMA POPRATIO

DR. DRAGOLJUB PAVLOVIĆ

UVOD.

Osamnaesti vijek u dubrovačkoj književnosti »vijek istorije i sakupljanja građe«, razvio je vrlo mnogo rad na biografijama znamenitih Dubrovčana. Jedno za drugim javljaju se tokom ovoga vijeka četiri važna dubrovačka biografa, koji su čudnim slučajem istovremeno i predstavnici četiri glavna reda u Dubrovniku: Benediktinac Injacije Đordić (Đurđević), dominikanac Saro Crijević, franjevac Sabo Sladović i isusovac Đuro Bašić. Sa izuzetkom Sladovića, koji je svoje djelo štampao još za života (1767), zbornici ostale trojice biografa ležali su dugo u rukopisima. Tek je u novije doba g. profesor Pavle Popović prvi ukazao na značaj starih dubrovačkih biografa i prvi počeo publikovati njihova djela.[1] Pored ostaloga g. Popović još je prije rata podnio S. K. Akademiji i izdanje jednog dijela Bašićevog zbornika, s uvodom i komentarom, ali je rukopis propao za vrijeme rata.[2] Zahvaljujući uredništvu »Croatiae Sacrae« dobijamo sada prvo i potpuno izdanje Bašićevih ELOGIA.

Misijonar, propovjednik, historičar i književnik, Đuro Bašić je jedan od najsimpatičnijih i vrlo zaslužnih isusovaca starog Dubrovnika. Rođen 24 oktobra 1695, u uglednoj građanskoj porodici dubrovačkoj, Bašić je, poslije svršenih škola u rodnom gradu, pošao u Rim, gdje je stupio u red 18 oktobra 1712 godine. Od tada pa sve do g. 1727 on će ostati u Italiji, gdje će proći kroz sve škole svoga reda. Tako je g. 1716/1717, pošto je svršio tečajeve humaniora i retorike, slušao prvu godinu filozofije u Rimskom Kolegiju.[3] Go-

---

[1] V. P. Popović, DUBROV. BIOGRAFIJA, I. Ignjat Đorđić. (Godišnjica N. Čupića, Beograd 1903). — God. 1905. S. K. Akademija pubiikovala je i jedan dio biografija Đordićevih »Vitae et carmina« u redakciji P. Popovića; to izdanje propalo je nažalost za vrjeme rata i sada se čuva samo u dva privatna primjerka. — Ove godine S. K. Akademija izdaje nanovo cjelokupno Đordićevo djelo u redakciji prof. Dr. P. Kolendića i s uvodom P. Popovića.

[2] V. PRILOGE za književnost, etc. XII, sv. 1. str. 107.

[3] Više o Bašićevu životu v. u našoj knjizi »Đorđe Bašić, dubrovački biograf 18 veka«, Beograd 1931, str. 9—21. Ovdje dajemo samo nekoliko bližih arhivskih podataka o Bašićevu školovanju, koje nam je prof. Miroslav Vanino ljubazno poslao poslije štampanja naše knjige.

dine 1719 on je član novo osnovane »Akademije slovinskoga jezika« (Academia della lingua slava) u društvu s proznatim o. B. Zuzeri, ali ne za dugo, jer je već iduće godine morao poći u Loreto, da u Ilirskom Kolegiju predaje humanističke predmete. Kao učitelj humaniora nalazio se g. 1723 u Fermu. Najzad je g. 1727 u Rimskom Kolegiju svršio četvrti tečaj teologije i primio svećenički čin. Završivši sve svoje školovanje, Bašić je još iste g. 1727 upućen u Dubrovnik, gdje će ostati do svoje smrti. Za sve to vrijeme on je bio »operarius«, ispovjednik, propovjednik, a od g. 1739 počeo je sistematski činiti misije po dubrovačkoj teritoriji. G. 1753 obolio je od »kamenca«, ali ga ni teška bolest, ni starost nisu sprečavale da vrši svoje dužnosti. Umro je 26 augusta 1765 i sahranjen je u crkvi sv. Injacija u Dubrovniku.

Književnim radom Bašić se bavio u slobodnim časovima, kada nije bio zauzet duhovnim poslovima. Njegovo prvo djelo »Instructio sacerdotum et summa eorum casuum qui in administratione Novae Legis occurrunt« (pisano g. 1756) potpuno je stručnog karaktera i namijenjeno isključivo svećenicima. Poglavito svećenstvu posvećene su takođe i njegove »Besjede krstijanske« koje je Bašić štampao pred svoju smrt, g. 1765. One doduše nisu mnogo originalne, — naslanjaju se u mnogome na »Il Christiano istruito« Pavla Segneri, — i više su zbirka praktičnih pouka iz katehizma nego prave besjede, ali su u naknadu za to vrlo dobro komponovane i pisane jednim relativno dobrim i čistim narodnim jezikom. — Uz »Besjede« Bašić je štampao u istoj knjizi i kratke »duhovne vježbe«, namijenjene takođe svećenicima, kao i tri manja spisa o dužnostima svećenika, o načinu ispovijedanja i pričešća.

Najglavnije djelo Bašićevo, međutim, jest njegov zbornik biografija dubrovačkih isusovaca, poznat obično pod skraćenim naslovom ELOGIA JESUITARUM RAGUSINORUM. Kao i sva djela ostalih dubrovačkih biografa i Elogia imaju svojih nedostataka i mana pa se i Bašiću u tom pogledu može učiniti više ozbiljnih zamjeraka. Sa gledišta književne historije, naprimjer, Bašiću se može prigovoriti da nije uvijek pokazivao dovoljno interesovanja za književni rad pojedinih dubrovačkih isusovaca. Međutim i pored tih nedostataka, Elogia predstavljaju i danas najobimniju i najpotpuniju historiju isusovačkog reda u Dubrovniku i čine lijepu dopunu djelima Đorđića, Crijevića i Sladovića. Bašićevo je djelo puno podataka i obavještenja crpenih iz izvora koji su nama danas teško pristupačni i zbog toga ono i sada može biti vrlo korisno prilikom književno-historiskih proučavanja dubrovačke prošlosti.

U našoj ranijoj studiji o životu i djelima Đ. Bašića mi smo pobrojali sve rukopise »Elogia« i tom prilikom izrazili nadu da o r i g i n a l n i r u k o p i s Bašićev nije izgubljen već samo zaturen. I doista, uskoro poslije pojave naše knjige prof. Vanino, urednik CROATIAE SACRAE i VRELA I PRINOSA, imao je sreću da pronađe autograf u arhivu isusovačkoga kolegija u Veneciji. Dobrotom prof. Vanina, koji i inače ima mnogo zasluga što je došlo do ovog izdanja »Elogia«, mi smo imali priliku da i sami proučimo autograf i isporedimo ga s našim prijepisom. To je vrlo lijepo očuvan rukopis, na velikoj osmini, sa 7 strana predgovora i 148 strana teksta, uvezan, ali bez korica. Biografije su sve bez naslova, pisane jedna za drugom, lijepim i krupnim rukopisom, pisane su pažljivo, ravnomjerno, bez žurbe, i ima se utisak, da su prepisivane s koncepta. Izmjena i ispravaka nema mnogo, a u koliko ih ima, one se poglavito sastoje od sitnih jezičkih i stilističkih popravki, koje nisu ni od kakve važnosti za smisao teksta. Jedini izuzetak čini biografija o. Božidarevića (str. 64—65) u kojoj je izbrisano čitavih 7 redaka i tako brižljivo da se prijašnji tekst ne može pročitati.

T e k s t ovog izdanja priređen je strogo prema autografu. Nešto izmjena učinjeno je samo u interpunkciji i ortografiji: u interpunkciji, kad je to bilo potrebno radi boljeg razumijevanja, u ortografiji, u kojoj Bašić nije mnogo dosljedan, samo u pogledu velikih slova, kad ih Bašić upotrebljava vez velikog razloga; ipak smo ostavili: Collegium, Tyrocinium, Rector i sl.

Bašićeve navode iz tuđih djela i rukopisa (Sacchino, razna pisma, testamenti i sl.) provjeravali smo s originalima u koliko smo mogli doći do njih i bilježili samo važnije razlike.

U većini prijepisâ »Elogia« nalaze se bilješke o dubrovačkim isusovcima koji su umrli poslije Bašića (»Brevis prospectus«), ili o onima koji nisu do smrti ostali u redu (»Elenchus«), a koje su pisali Bašićevi n a s t a v l j a č i. Zbog nedovoljnog prostora mi smo te bilješke izostavili. Napominjemo samo da one i nisu od velikog značaja, pošto su vrlo kratke, nepotpune i ne uvijek tačne.

Bašićev autograf, u današnjem stanju, ne daje djelu nikakav n a s l o v, i zbog toga smo mi ostavili »Elogia«, koji je uobičajen ne samo u većini rukopisa, nego i u stručnoj literaturi. Isto tako ostavili smo i naslov »Praefatio« u Bašićevu predgovoru, i ako i njega nema u autografu.

U »Napomenama« koje donosimo na kraju, mi smo dali samo najpotrebnije dopune i ispravke hronoloških i bibliografskih podataka u Bašićevu djelu. Za sva ostala objašnjenja upućujemo čitaoca na našu studiju o životu i radu Đ. Bašića.

G. dr. M. Vanino bio je ljubezan da još jednom sravni naš prijepis s originalom i da nadgleda štampanje čitavoga djela. Na tome, kao i na mnogim drugim uslugama koje nam je u toku ovoga rada činio, mi mu i ovom prilikom najtoplije zahvaljujemo.

Beograd 8. XII. 1933. **D. P.**

ELOGIA
IESUITARUM RAGUSINORUM

A

P. GEORGIO BAŠIĆ S. J.

CONSCRIPTA

PRAEFATIO.

Ab ipso ferme Societatis Jesu exordio Ragusina ciuitas uiros habuit Societatis, qui ciues suos ad pietatem informarunt. Primus omnium, qui uenit Ragusium, fuit Nicolaus Bobadilla unus ex nouem Sanctissimi Parentis Ignatij Sociis.[1] Hic morum integritate, et coelesti quadam doctrina ac praedicatione, adeo mouit Ragusinorum animos, praesertim Patriciorum, ut hi Reipublicae nomine ad Pium quartum Pontificem Maximum, olim Ragusinae ciuitatis inauguratum Antistitem, et ad Cardinalem Reipublicae Patronum, et ad Jacobum Lainium, supremum Societatis moderatorem, litteras dederint, ut numerus Patrum Societatis in Ragusina ciuitate augeretur, qui homines improbos, ac flagitiosos ad honestam uitae rationem reducerent, et bonos in pietatis operibus, et in auita religione confirmarent.

Alla Santità di N[ostro] S[ignore] Pio IV

13 Giugno 1560 *

È gran tempo che noi habbiamo hauuto pensiero di introdurre nella nostra città un Collegio de sacerdoti di uita esemplare, i quali insegnando e operando uirtuosamente potessero informare e rendere piu perfetti gli altri, che ci sono a gloria di Nostro Signore Iddio, et di S[ant]a Chiesa, il che intendeuamo di fare si per la nostra propria inclinazione, conoscendo l'ornamento e il frutto che seco porta la religione uera e l'esempio d'huomini di santa uita, e sì per ire dietro alle uestigie dei nostri progenitori, i quali a poche cose attesero con maggior animo, et con piu ardente uolontà, che ad inuitare e accettare uolontieri persone religiose, e (II)

* Ovo, kao i slijedeća dva pisma kardinalu S. Giorgio i generalu Lainez-u nalaze se u Državnom Arhivu u Dubrovniku (Lettere e commissioni di Ponente, an. 1560—62.). — Pismo Piu IV. preveo je na srpskohrvatski V. Adamović (Gragia za povjest dubrovačke pedagogije I, 46.).

care a Dio. Ora che il Venerando Dottore Bobadilla è stato qui, e per pochi mesi che è stato, ha dimostrato cio, che può operare una santa e pura dottrina, siamo diuenuti piu feruenti in questo desiderio, e per trarlo tosto a suo fine e dargli buon effetto siamo mossi à supplicare Vostra Beatitudine, che in uirtù di Santa Obedienza, uoglia indurre il Generale della Compagnia di Gesù a concederci esso Dottore Bobadilla e due altri dell'istesso Ordine, e se possibil fosse delle istesse condizioni e uirtù, affinche induchino à qualche perfezione gli altri nostri sacerdoti che se luogo alcuno per onore di Santa Chiesa n'hebbe mai bisogno, certo alla Città nostra è come necessario questo presidio, la quale posta in su questi confini dir si puo quasi frontiera di Religione Cristiana, e come ne luoghi, che hanno i nemici piu uicini si sogliono mettere i soldati di miglior conto, e di maggior cuore, cosi è di ragione, che stando la nostra Città sotto la milizia di Christo, e d'appresso hauendo coloro, che piu le sono contrari, sia munita di persone piu degne e piu singolari, e perche teniamo per fermo che Vostra Beatitudine antiuedera il bene, che ui è per seguire, et hauendo gia hauuto particolar gouerno della religione di questa città, come l'ha al presente di tutto il mondo, è credibile che tra gli altri suoi pensieri debba hauere luogo anche questa considerazione. Staremo aspettando la grazia che cosi desiderosamente le habbiamo richiesto, e in tanto noi tutti con un medesimo animo pieno di diuozione e di amore bagiandole il Santissimo Piede, e preghiamo il Signore Iddio per la conseruazione e prosperità della sua Vita.

(III) All' Ill[ustrissi]mo e Reu[erendissi]mo Sig[nor]e
Cardinale di S. Giorgio

La santa reale e cattolica dottrina, che il uenerando dottore Bobadilla ha mostrato in alquante sue lezzioni, fatte à commune utilità ed edificazione delle nostre anime, ha accresciuto il desiderio, che da gran tempo habbiamo di introdurre nella nostra città un Collegio dei sacerdoti egualmente uirtuosi et esemplari, e per dare principio à questa opera pia e magnifica, habbiamo scritto alla Santità di Nostro Signore che voglia aiutare e mettere innanzi le intenzioni nostre, e disporre il Generale della Compagnia di Gesù à concerderci il medesimo dottore Bobadilla e due altri dell'istesso Ordine, ma per piu facilità ed impetrazione habbiamo uoluto pregare strettissimamente V[ostra] S[ignoria] Reu[erendissi]ma, che con esso il Generale si degni d'adoprare in modo, che ne siamo seruiti, con dirgli che questa città per essere alli confini degli infedeli ha maggior bisogno, che le altre del presidio della religione, e che la bontà e la uirtù di quella santa Congregazione ci hauerà campo di esercitarsi a laude del Signore Iddio, et à benefizio, e riformazione de nostri sacerdoti, i quali speriamo, che con il loro esempio siano per menare uita piu religiosa e perfetta, et a V. S. Reu.ma tutti unitamente raccomandandoci, et offerendoci le facciamo in fin di qua riuerenza.

»Al Reu. do P[ad]re Maestro Lainez, preposito g[enera]le della Comp. a di Gesù.

Al Reu. do Dottore Bobadilla, che è stato qui alcuni (IV) mesi, non habbiamo mancato di fare ogni dimostrazione di amore, e di onore, sècondo che n' e degna la sua uirtù, e la uita sua innocentissima, et esemplare; il quale essendosi disposto a fare alcune lezzioni piene di dottrina, di carità, e di spirito, che ci ha acceso un uiuo desiderio di dare effetto al pensiere che habbiamo da parecchi anni in quà di introdurre nella città nostra un Collegio di sacerdoti, che potessero non solo informare e migliorare gli altri, ma ancora illustrare la religione à gloria del Signore Iddio: percioche stando à questi cònfini genti barbare, et infideli, conuiene che la nostra città sia ornata di persone piu religiose, e piu pie à confusione loro, et esaltazione di santa Chiesa. Onde habbiamo preso consiglio di pregare V. S., che consenta, che esso Dottore Bobadilla e due altri compagni, che le pareranno piu à proposito e migliori instrumenti, e piu atti a dar principio a si buono e santo instituto ci siano conceduti, et assegnati per questo particolare effetto, di che auguriamo douer uedere in poco tempo gran frutto e progresso nella uia, e disciplina del Signore, e oltre al bene, e alla consolazione che ne seguirà a noi, V. S. principalmente, la quale hauerà posto quasi il fondamento di un opera cosi santa, e cosi magnifica ne dourà restare consolata, e contenta, e noi all' incontro ci ingegneremo di mostra[r]le in qualche altro conto la gratitudine de nostri animi, et a V. S. et al rimanente della sua diuotissima e santissima Compagnia ci raccomandiamo, et offeriamo di cuore.«

Lectis hisce in Urbe epistolis, statim a Lainio Ragusam missus fuit P. Lucas Salernitanus, uir omni uirtutum genere praeditus, quem Ragusini tanquam e coelo delapsum exceperunt. De Bobadilla et Salernitano haec habet Sacchinus in Annalibus Societatis (v) an: 1560. n. 53: »Epidauri in Dalmatia nec tanta necessitas et spes maior se obtulit. Nicolaus Bobadilla Jadrensi ecclesiae et Archiepiscopo opera utiliter nauata Epidaurum uti fuerat ab eius Reipublicae Antistite (Ludouico Beccatello qui concilio Tridentino interfuit*) rogatus excurrit.[2] Eius non multis conditionibus auditis, et coetera iuuandi proximos ratione ac dexteritate perspecta, Collegium Societatis instituere communi consilio Respublica decreuit eaque de re ad Lainium litteras dedit: in his litteris, ait, iam diu sibi fuisse in uotis Collegium instituere sacerdotum eiusmodi, ex quibus et coeteri sacri uiri exempla, et populares praecepta christiane uiuendi caperent. Habere enim persuasum oportere in Epidaurensi Republica christianam sanctitatem florere uel maxime, ut quoniam uicinos habet Christi hostes, et aduersus eorum corruptelas tuta sit et uero etiam innocentia morum arguat, et pudore suffundat; quales optabat sacerdotes dudum se fando audiuisse, modo ex Bobadillae uita, actionibus uidisse sacerdotes esse Societatis Jesu. Quare aliquot sibi

* Dodatak u zagradama je Bašićev.

horum concederet, tres minimum, operi inchoando. Satis intelligebat Lainius fore Societati sedem Epidauri, tum propter peropportunam Illyricae linguae usum late patentem, tum etiam ut inde ad Turcarum quoque prouincias pedetentim aditus captaretur. Sed operarum angustiae non permisere nisi duos sacerdotes concedi, ipsum Bobadillam, et Lucam Salernitanum, una cum uitae domesticae adiutore. Volebat hos ciuitas in Curiae aedibus diuersari, sed Bobadilla cum in quartanam permolestam esset implicitus, monasterium Sancti Jacobi, quod est religiosorum sancti Benedicti praetulit. Erat in eo monasterio abbas Chrysostomus doctrina uir et pietate notus, et nostri Ordinis, cuius in Tridentino nuper concilio cui ipse quoque interfuerat, specinem coeperat, studiosus (VI) in paucis. Hic tria, quae ibi sunt eius Ordinis monasteria, in quae optimam reuocare formam meditans, Lainium enixe rogauit, ut ea per quempiam sociorum quandoque in anno inspicienda, praeceptisque formanda susciperet, atque ad idem opus Bobadillae consilio, et laboribus uti cupiens eum apud se habuit, miraque aegrum pietate tractauit. Nec sane Bobadilla quamuis affecta ualetudine, uel ciuitati uel monasterio deerat. Ad coetera Societati consueta munera, quae P. Lucas quoque strenue obibat, ubi sanctiores dies recurrerent uerba ad populum faciebat in primario templo: ter in hebdomada in monasterio, abbatis Chrysostomi rogatu, iunioribus eius monachis quos idem multos adscripserat, suumque ad ingenium formabat, Magistri Sententiarum quartum librum interpretabatur, eosdem ad pietatis disciplinam ascetica B. Ignati formula excolebat.« (Abitò ancora il P. Bobadilla in casa Bona, la piu uicina al Duomo, come si ha dall'antica tradizione).

Post discessum Bobadillae et Salernitani Ragusio, egregiam in eadem urbe nauauit operam P. Julius Mancinelli uitae sanctitate, et miraculorum copia conspicuus. Sed non hanc ego sumpsi prouinciam, ut uelim singulos Societatis uiros recensere, sed in animo statui eos tantum enumerare, eorumque uitae rationem describere, qui Ragusae nati, atque educati Societatem ingressi sunt, et in ea diem suum obierunt. Horum aliquos ego ipse, qui haec scribo cognoui, et cum illis familiariter usus sum. Multorum à P. Raphaele Tudisio ferme nonagennario, cum quibus illi aliquando erat consuetudo, cognitionem coepi. Paucorum, qui ante quam Tudisius nasceretur, extincti sunt, res gestas in antiquis monumentis inueni. Ex quibus fa(VII)cili coniectura assequi potes, humanissime lector, quantam fidem rebus a nobis narrandis habere debeas.

P. Bartholomaeus Sfondrati.

P. Bartholomaeus Sfondrati natus est Ragusae anno 1534 originem tamen duxit ex celebri Sfondratorum familia, quae Cremonae in Gallia Cisalpina summo in honore semper est habita;[8] Bartholomaeus enim Sfondratus Bartholomaei nostri proavus Cremonensis Patricius uenit Ragusam anno 1419, et propter summam in scribendo peritiam, atque elegantiam a Secretis, siue Secretarius fuit, quod munus satis in Republica Ragusina honorificum, usque ad obitum gessit. Moriens plures liberos reliquit, qui genus suum Ragusae propagarunt. Marinus Sfondrati, et Margarita Miossa Bartholomaei nostri parentes fuerunt. Iuuenis optimae indolis et humanarum rerum aequus aestimator, ac contemptor nascenti Societati Jesu Romae nomen dedit, cum adhuc eius parens, atque auctor uiueret Ignatius, facemque Ragusinis iuuenibus ad Ignatii Institutum praetulit. Expleto Tyrocinio se totum litterarum studiis addixit, omnemque artem ac scientiam ita didicit, ut omnes pro dignitate docere potuerit. Inde est, quod nunquam fere in monumentis, quae de eo extant Ragusae, sine doctoris titulo appelletur.[4] Sed ille praecipue studium, atque operam posuit in explicandis divinae legis mysteriis, egregieque missionarii, quod uocant munus, a moderatoribus sibi demandatum exercuit, neque in Dalmatiae solum, sed etiam Bosniae, Mysiae Superioris, ac Pannoniae urbibus ac pagis de divinis rebus dicere consueuerat, ut homines perditos, ac flagitiosos a uitiis ad uirtutes, ab errore ad ueritatem traduceret. Ascriuii seu Catari per annum uersatus est. Ad eam enim urbem flagitatu episcopi Catarensis ad clerum instituendum a moderatoribus missus fuit, ut refert Sachinus noster part. 4 Histor. lib: 3: ad an. 1575 Soc: 36 n: 40: »Extra Italiam in Cretam insulam atque in Illyricum operarij missi: Catarensis episcopus cum diceret, sat quidem Sacerdotum superiore anno missorum opera excultum populum, sed quo permanens utilitas foret, clerum restare instituendum, flagitatu prope extorsit, ut rursus auxilia(2)sibi in eam rem darentur. Itaque Thomas Radius, et Bartholomaeus Sfondrati natione Illyricus concessi.«

Nihil illi omiserunt, quod ad clerum instituendum utile iudicarunt, tantaque morum mutatio in clero de repente extitit ut non solum Episcopus, sed ipsi ciues admirarentur. Exantlatis strenue laboribus, Patres ex Catarensi urbe disscesserunt, quos Episcopus aegerrime dimisit, et Bartholomaeus in Italiam nauigauit, sed redire in Dalmatiam est jussus cum Episcopo Stagnensi, ut idem Sachinus narrat part 4: hist: lib: 8: ad an: 1580 Soc: 41: n 6: »Ipsam in Dalmatiam P. Bartholomaeus Sfondratus missus est cum episcopo Stagnensi Visitatore Apostolico, cui cum ad salutem eius gentis sedulo nauasset operam Epidaurum secessit...« In qua urbe populares suos ad pietatem per plures menses adhortatus est. Cum Stagnensi postea Episcopo in Pannoniam profectus est aduerso sane, et calamitoso tempore. Rem non aliter ac gesta est exponam. Sacerdos erat in Sabbioncellensi pago, qui pagus est in ditione Ragusinae Reipublicae. Hic imperfecte, et linguae quadam haesitatione loquebatur, qua propter non unum, sed plures habebat irrisores, inter quos ipsum Praefectum, seu Comitem, qui nomine Reipublicae Sabiocellensem ditionem moderabatur. Saepius Praefecto supplicauerat sacerdos, ut a iocis, atque irrisione, praesertim coram populi multitudine, abstineret, sed frustra. Dies erat Virgini in caelum elatae sacer, qui frequentissimo populo a Patribus sancti Francisci in pago Sabioncellensi celebratur, propter nundinas, quae eo consilio institutae sunt, ut non solum ex Ragusina, sed etiam Veneta ditione uendendae, aut emendae rei necessariae causa rustici ad eum locum conuenirent. Coram hac populi multitudine Praefectus sacerdoti illudere, eumque, ut solebat irridere, quam injuriam cum ille diutius sustinere non posset, pugione irrisorem traiecit, eumque mortuum ante ipsum Virginis templum arrepta fuga ad proximam(3)Corcyram Melaenam seu Curzulam reliquit. Cum atrox facinus ad senatum Ragusinum delatum fuerit, subito in reum mortis turpissimae sententiam pronunciauit, sed cum corpus absentis sacerdotis infami supplicio afficere non posset, saccum paleis plenum pro eius corpore suspendi decreuit, sed ante suspendium, uoluit ut Episcopus Stagnensis, in cuius diecesi homicidium patratum fuit, saccum sacerdotali gradu sacris ceremoniis exueret, ac si ipse sacerdotali gradu esset insignitus. Erat id temporis Stagnensis episcopus Bonifacius Stefani ex Sacra S. Francisci familia, qui Hierosolimitanam Franciscanorum Patrum domum summa prudentia gubernauerat, et magnum doctrinae specimen in Tridentino Concilio dederat: hic iniquis Reipublicae jussis parere noluit ut leges Ecclesiae, et sanctiones canonicas saluas, atque integras conseruaret. Haec animi fortitudo, digna tanto Episcopo, totius Senatus odium, atque iracundiam in illum suscitauit, eumque praecipiti quadam consultatione, ac deliberatione a consaguineis, a Patria, a Stagnensi Ecclesia exulare coegit non sine ingenti ignominia, atque dedecore; quod cum ad aures Gregorii Decimi tertij peruenerit, illico Pontifex Fratrem Augustinum Quintium ex Ordine S. Dominici Corciulensem Episcopum cum litteris summa iracundia plenis ad senatum Ragusinum misit.

Dilectis filijs Rectori et Consiliarijs Reipublicae Ragusinae

Gregorius Papa XIII.

Dilecti filij salutem, et Apostolicam Benedictionem. Grauissimorum uirorum et uestrae Reipublicae laudis, atque amplitudinis cupidissimorum testimonio nobis confirmatum fuit, uos omni ratione abiecta uestrae salutis Catholicaeque Ecclesiae filiorum, quales uos semper haberi uoluistis officii ac religionis multis modis Ecclesiasticam Jurisdicionem uiolasse, eamque uobis ipsis arrogasse, de personis, rebusque ecclesiasticis cognouisse... quodque extremum in audacia erat, et pene etiam incredibile eo furoris peruenisse, ut non uereamini domum Episcopi Stagni hostiliter

adoriri, fores perfringere, capsas [r]eserare(4) scripturas inde auferre, eumque suis, atque episcopatus fructibus priuare, quia scilicet recusabat uobis assentiri in eo, quod neque poterat uere ac salua conscientia agere, neque omnino suae facultatis erat etc.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7 Octob. 1581: Pontificatus nostri anno 10

Antonius Buccapadulius.

Bonifacius Stagnensis Episcopus tot contumelijs affectus in Panoniam profectus est, ut in remota a Patria regione quiete uiueret. Socium habuit P. Bartholomaeum, sed Bonifacius, qui tot molestias, atque incommoda pertulit non diu iuxit in Panonia; graui ac periculoso morbo correptus fuit, ei morienti adfuit P. Bartholomaeus in urbe Temisfarij: »Sono lettere (scribit Hieronymus Matteuccius Archiepiscopus Ragusinus ad Episcopum Corciulensem) del. P. Bartholomeo Sfondrati Gesuita dei 23 di Ottobre dell' anno 1581 de Temisfar, nelle quali scriue l' indisposizione grande di Monsignor di Stagno.« Defuncto Bonifacio P. Bartholomaeus remansit in Panonia. Nemo facile consequi potest quot pericula exhauserit, quot in locis iacentem aut inclinatam religionem ac pietatem erexerit, quot errorum tenebras dispulerit. Ille quidem usque ad obitum ostendit, se fuisse unum ex illis, qui modum diuinae gloriae propagandae ab ipso Parente Ignatio didicerunt.[1]

P. Marinus Temperiza.

P. Marinus Temperiza natus est Ragusae ante annum 1550.[6] Humanioribus in patria excultus litteris, mercaturam inter Turcas exercuit; sed cum Vincentius Porticus ad Archiepiscopatum Ragusinum recens creatus fuerit, uiros Societatis a moderatoribus postulauit, impetrauitque Marinum de Bonis, et Julium Mancinellum. Hi cum Arciepiscopo naui conscensa felicem cursum tenuerunt, magna uoluptate a summis, medijs, infimis, cum Ragusam peruenerint, accepti fuerunt. Conciones ad populum sacris quibusque diebus habebant solido foecundoque pietatis plausu, a quibus nunquam Excellentissimus Rector, et Senatus, quantumuis grauis causa interueniret, abduci se passi, aegregio tum suae Religionis documento, tum publicae studio. Diuinum(5)conuiuium ciues singulis mensibus frequentare coeperunt, singulisque diebus aliquod spatium matutinae precationi in templo impendebant. Ad haec semel quaque hebdomada omnes cum suis quisque auditoribus ludi Magistri in templum primarium, multis praeterea e nobilitate ac populo ad catechesim conueniebant; ibi mirus puerorum animis ardor iniectus, gestientibus ad spectaculum parentibus, neque ab ea schola uoluit Archiepiscopus praesentiam unquam suam abesse, cum et pias imagines, et cereos agnos, aliaque munuscula distribuens stimulos currentibus adderet. Illud etiam nouum, et mirum accidit uulgo. Iuuenum insignem manum ad frequentem diuinorum misteriorum usum Patres Societatis pellexere (ex Sachino hist: part: 4: lib 3: ad an: 1575 Soc.: 36) inter

quos Temperizam nostrum, qui amore Societatis uehementer captus est, et relicta mercatura, sacerdotio initiatus Tyrocinium nostrum Romae, ingressus est, in quo tales progressus fecit, praesertim in rerum humanarum contemptu, ut se omnium bonorum dominio, adhuc tyro abdicare uoluerit, ut Christum lucrifaceret, et quamuis sororem Ragusae habuerit ciuem satis honestam, sed rei familiaris inopia laborantem, illam tamen in testamento commendatam tantum Socie(ta)ti reliquit, et haeredem Societatem ipsam ex asse instituit, licet ei uiuenti Claudius Aquauiua supremus Societatis moderator usum fructuum fraternae haereditatis concesserit. Abdicationis P. Temperizae testem habemus P. Didacum Zimenez, qui nomine Aquauiuae hanc scripsit epistolam Patri Joanni Baptistae Piscatori, qui tunc Domui Sancti Andreae praesidebat:

Molto Reu.do P.re in Ch[rist]o.

P. C. Il P. Marino Temperiza è uenuto ad offrire al nostro P. Generale la sua sostanza temporale, per piu liberamente consecrare se, e quella a Dio nostro Signore, e ancorche sua Paternità li dicesse, non esser solito durante almeno il tempo del noviziato, farsi, o accetarsi le rinunzie dei beni temporali, egli però replicando che non era un giouinetto, ottennè, che S[ua] P[aternità] l' accettasse (6) con intenzione, se Dio nostro Signore l' indrizzarà cosi, che quei beni, ch' egli ha in Ragusa, seruano un giorno per qualche collegio, ò casa della Compagnia, se in quella città si farà, e allora si giudicarà secondo la necessità di quella abitazione, e di cotesta di S. Andrea di Roma, à quale delle due si haueranno ad' applicare li 500 scudi, che detto Padre tiene in Roma. In questo mezzo S. P. si contenta, che la casa di S. Andrea se ne serva, e compri adesso il grano, e cio che le fa di bisogno, e di questo se ne facci la memoria nell' libro dell' entrata e dell' uscita di cotesta casa. Dominus sit nobiscum,

Dalla casa Professa li 7 Marzo 1583.

D. V. R. per commissione del R. P. Generale

Seruo in Cho

Diego Zimenez.

Abdicato rerum suarum dominio, P. Marinus uotis se obstrinxit, et quidquid postea ad obsequium Numinis cernebat pertinere, licet durum, aut asperum, alacritate summa capiebat. Hanc uero coelestem sapientiam paucis annis ita didicit, ut idoneus sit uisus, qui eam alios doceret, et per uastissimas prouincias euangelicam legem promulgaret. Cum enim Gregorius Decimus tertius, qui non aliam expeditiorem uiam, siue ad propagandam per uniuersum terrarum orbem, siue ad conseruandam christianam religionem inuenit, quam collegia Patribus Societatis condere, domosque, in quibus ad salutem populorum alantur, construere, domum iisdem Patribus in ditione Turcica, quin in ipsa Imperatoris Turcarum regia aperiendam curauerit: Pater Claudius Aquauiua Supremus Societatis moderator Jullium Mancinellum ad eam misit, pluresque illi comites addidit,

inter quos Temperizam nostrum, olim Patris Julii discipulum, qui cum apprime linguam Turcicam calleret, non solum christianis maximo adjumento fuit, uerum etiam Turcis, presertim illis, qui a christiana religione defecerant, ut effraenatis cupiditatibus liberius indulgerent. Haec fuse narrat Sacchinus noster part: 5 Hist: lib: 3 an 1583. Soc:(7)44. n. 22: »Julius Mancinellus, et Marinus Temperiza Ragusaeus, qui diu inter Turcas mercaturam exercuerat, et Honoratus Casa Massiliensis, qui post ab Societate defecit, sacerdotes cum Jacobo Casamartina item Massiliensi genere, et Francisco Graeco laicis, missi, Constantinopolim sexto idus Nouembris peruenere, non leuibus in itinere perfuncti periculis... Excepti sunt Mancinellus, et Socii singulari beneuolentia, à Jacobo Germinio regis cristianissimi legato, et Joanne Francisco Moresino Venetae Reipublicae, et in sancti Benedicti coenobium introducti statimque consueta solandis, atque excitands Christi fidelibus ministeria aggressi sunt etc.« Sed Temperiza magnis laboribus oppressus aegrotare coepit, nec munus apostolici operarii exercere pouit. Suam sic Sachinus historiam prosequitur part. 5. lib: 4 ad annum 1584. Soc. 45. n. 35: »Constantinopoli in Perano suburbio coepta superiori anno cum catholicis liberis, captiuisque Julius Mancinellus strenue promouit. Nam Temperizam mala ualetudo plurimum occupauit, qua propter in supplementum missus fuit P. Chizzola, cui Julius Mancinellus, qui praeerat, uisus est nimia seueritate uti in domesticis continendis; quod cum paulo liberius eidem significasset, Julius eam opinionem ingressus, parum se regendis illis idoneum esse, ne seruis Dei, quos ut quidem ipse opinabatur, nesciebat ferre, grauis foret, statuit ab ea statione se subducere, et nactus idoneum ductorem, uia, Poloniam uersus, suscepta Leopolim peruenit; nullo tamen modo Claudio Generali ea profectio probata est.« Sacchinus part. 5. hist. lib. 5. ad annum 1585. Soc. 46. n. 40. Cum uero P. Temperiza Constantinopoli ob assiduum languorem inutilis uideretur, ex ea urbe discessit et Possegani datis Romam litteris, ut Episcopum sibi impetrarent contenderunt, sed edocti, quam a Societate abhorrerent id genus honores alio uertere consilia. Sacchini eodem anno et numero. Post haec non diu uixit P. Marinus, nam cum P. Claudius anno 1598 usum fructuum suorum bonorum sorori suae concesserit, ille iam e uiuis excesserat; legitur enim in per(8)uetusta quadam Aquauiuae epistula, quae in nostro Ragusino Archiuio seruatur: »Cum alias bonae memoriae Marinus Temperiza nostrae Societatis dum uiueret sacerdos in ultimo suo testamento omnium bonorum suorum Societatem haeredem instituerit, et Dominam Perram sororem in eodem testamento Societati commendauerit, nos ad quos bonorum Societati relictorum dispositio spectat, arbitrati sumus dictorum bonorum usum eidem Dominae Perrae quo ad uixerit concedere illius indigentiam considerantes.«

P. Joannes Gradi.

P. Joannes Gradi Stephani Gradii Bibliothecae Vaticanae Custodis patruus, natus est Ragusae anno 1588.[7] A Michaele piissimo genitore, et Societatis nostrae amantissimo pietatem erga Deum, et obseruantiam erga Societatem didicit. Pueritiam innocenter transegit. In adolescentia ne latum quidem unguem a recto uirtutis tramitate deflexit. Sed his studijs uacans, quibus iuuenes ad humanitatem informari solent, perfectioris uitae desiderio accensus est, statuitque in animo fluctus tempestatesque Reipublicae declinare, et se in tuto aliquo portu collocare. Fixum id temporis domicilium Societas Jesu Ragusae non habebat, aegregiam tamen operam in ea P. Syluester Mutius nauabat, et praecipue Ragusinae iuuentutis salutem procurabat. Horum labores, diligentiam, industriam Joannes noster admiratus amore Societatis captus est, tyrociniumque S. Andreae ingressus facem Ragussinis Patriciis ad nostrum Ordinem praetulit. In Tyrocinio edoctus effraenatas nutui legum cupiditates subjicere, eas in primis, si quae erant, subjecit, atque coercuit, deinde ad uirtutes sedulo incumbens, religiosae disciplinae norma tyronibus factus, omnium ad se oculos, animosque conuertit. Exacto feliciter in domo Sancti Andreae biennio, uotisque sanctissime nuncupatis ad Collegium Romanum se contulit, ut animum ad rhetoricae studia applicaret. Artem dicendi Joannes a Tarquinio Gallutio apprime didicit, quo tempore et Graecis litteris imbutus est, philosophiae deinde operam dedit, in qua non mediocre ingenii specimen praebuit. Cum et rhetoricae et philosophiae studia absoluisset, quadriennio humaniores litteras docuit, atque eo tempore non solum discipulos ad humanitatem, uerum etiam ad modestiam, pietatem, castimoniam, informauit. Theologicis studiis uacans, maiorem cum Deo coniuctionem habere studuit, cumque primam diuinae Majes(9)tati hostiam sacerdos iam initiatus immolare debuerit ad sacerdotii primitias omni diligentia sese comparauit. Hoc tempore P. Cassius studium atque industriam ponebat omnem ut Ragusinos ad pietatem informaret, sed eius pro animarum salute suscepti labores aliquibus uiris patriciis non probabantur, fortasse quia inscio Senatu, cum esset Romae, supplicauit Summo Pontifici ut nulla mora interposita erigere mandaret Seminarium, quod Thomas Bundislauich Episcopus Mercanensis erigendum Ragusae in testamento reliquit, ut in eo adolescentes nobiles, atque honesto loco nati liberalibus disciplinis ac litteris imbuerentur. Qua propter hi viri Patricii lapidem omnem mouerunt, ut moderatores Societatis P. Cassium in Panoniam, uel alibi mitterent, et Ragusinis in eius locum P. Joannem Gradium sufficerent. Votis Patriciorum annuerunt Societatis moderatores, Joannemque nostrum, post quam Theologiae curriculum expleuit, Ragusam miserunt, ut populares suos exemplo uirtutum ad pietatem excitaret, et sacris concionibus ac praedicatione excoleret. Ragusini Joannis sanctimoniae tantum tribuerunt, ut illum non sicut uirum in ea urbe natum, atque educatum, sed ueluti e caelo missum sus-

ceperint. Multa ille profecto Patriae commoda secum attulisset nisi immatura mors illum e uiuis sustulisset. Cum primum e nauigio pedem extulit, in quo Adriaticum nauigans multa incommoda ac pericula passus est, illico domum quam Patres Ragusae habebant, se recepit, ex qua tamen ad animorum lucra prodire non potuit, febri enim molesta ac diuturna tentari coepit, quae illius uitam ad exitum perduxit. Sacris itaque ministeriis (mysteriis), ac ceraemoniis rite susceptis, animam innumeris uirtutibus ornatam, non sine ingenti totius ciuitatis moerore Auctori suo reddidit anno 1622. Adfuit morienti Gradio P. Cassius, qui de eo in suis Commentarijs haec habet: »Absoluerat eo anno P. Joannes Gradius theologici studii quadrien(10)nium. Ergo scribuntur Ragusio Romam litterae P. Generali ut amandato P. Cassio Biogradium, Ragusium in locum ipsius transmitteretur P. Gradius. Quam ob rem P. Generalis ut postulatis istorum satisfaceret, monuit P. Gradium ad transfretandum Ragusium uersus, ut quam citissime sese paratum exhiberet; quod quidem fecit ille non interposita mora ad obediendum, et paratissimus Anconam profectus est. Inuenit in portu nauim mediocris magnitudinis, sarcinulas suas et necessaria uictualia ad octiduum nautis tranis, sarcinulas suas et necessaria uictualia ad octiduum nautis tradit in nauim importanda. Igitur conscensa naui uela panduntur feliciter, arbitro Adriae Austro sese committunt, sed cum jam in medio pelago inter Italiam et Dalmatiam coepisset Auster uehementius perflare, omnia undis intumescentibus, atque impellentibus, nauis delata magno impetu fluctuum tumentium uersus Istriam ad Aquilonem, cogitur portum quaerere inter insulam Osserum, et Vegliam, atque in tutum locum ab Austro profugere, ne manifesto naufragio obrueretur. Hic autem locus a Jadera Dalmatica centum passuum millia, et Ragusio tercenta dissitus erat. Quare cessante Austri furore coacti sunt nautae paulatim ac pedetentim magna cum molestia, et quotidianis incommodis, deficientibus uictualibus, modo ad unius insulae modo ad alterius accedendo portus tutiores ab incolis necessaria ad uictum quaerere; neque enim uentorum flatus illis erant secundi, ut Ragusium adnauigare possent celerius uti exoptabant, defectu enim secundorum uentorum coacti sunt quadraginta dierum numero per Adriaticum nauigare, ac fluctuare in uariis portibus. Tandem exagitatum incommodis et stomachi uomitionibus nautae P. Gradium seminfirmum in tutum Ragusinum portum detulerunt. Perductus ergo in sociorum Patrum domicilium ad quiescendum ita in lectulo praeparato aeger decubuit, ut ex illo exurgere nullo modo incolumis potuerit. Incidit enim in febrim ardentissimam quotidianam nunquam cessantem donec illum (ad beatam uitam bene praeparatum) in delirium compulsum ex hac mortali uita abstraxit maximo Patrum sociorum atque suorum amicorum luctu et commiseratione. Expectabatur enim a suis quasi Angelus de caelo mis(11)sus, uerum diuina perocculta Prouidentia raptus est, ne forte malitia mutaret cor illius, atque ut angelicus spiritus Deo carus euolaret in coelestem Patriam, relicto patriae terrenae exangui corpore, ex quo suauis quidam odor ad omnium ciuium nares effundebatur. Justis igitur optimo Patri persolutis in patrum suorum perantiquo sepulcro in ecclesia Dominicanorum extremum diem iudicii expectaturus, depositus est de more Societatis.«

P. Marinus Gundula.

P. Marinus Gundula, quem Collegium Ragusinum Parentem atque Auctorem agnoscit, genitorem habuit Marinum Gundulam uirum et copiis rei familiaris locupletem et pium, qui ut discordias, quae ex ueteri homicidio ortae erant componeret, et auersos Tudisiae gentis animos sibi conciliaret, matronam ex ea familia honestam et elegantem in matrimonium duxit, ex qua Marinus noster Anconae potius, ubi pater satis amplum Gozzeae olim familiae patrimonium habebat, quam Ragusae, ubi Gundula gens primos Reipublicae magistratus, et amplissimas dignitates a memoria hominum sustinuit, natus est anno 1597.[8] Puer Ragusam delatus prima pietatis ac litterarum rudimenta in Patria posuit, multumque ex familiaritate et exemplo u n i u s a u t a l t e r i u s P a t r i s S o c i e t a t i s J e s u,* qui in ea urbe hospitum more, animarum saluti uacabant, profecit, et in ea quamuis immatura aetate intellexit, quantum commodi atque utilitatis Ragusina ciuitas ex pluribus Patribus certum ac fixum domicilium habentibus esset perceptura. Anconam reuersus scholas Societatis frequentare coepit, tantaque erat in praeclaro adolescente modestia, tanta pietas tanta ingenii uis, ut omnium oculos animosque in admirationem sui raperet. Cum uero Marinus noster ad decimum quintum aetatis annum peruenisset, serio secum ipse cogitare, ac mente reuoluere quam uiam tenere uitaeque (12) rationem instituere deberet. Alliciebant illum paternae domus oblectamenta, atque opes a maioribus coaceruatae a paupertate religiosae uitae remouere uidebantur; at ille opulentae domus delicias parui faciens, tutiorem, licet asperiorem uiam, quae ad coelum ducit, elegit. Societatem Jesu prae caeteris sacris ordinibus adamauit, eamque Romae annum agens decimum sextum iam completum ingressus est. Praeerat tunc uniuersae Societati Claudius Aquauiua Illyricorum salutis studiosissimus, qui ut iuuenem Dalmatam suae militiae adscriptum uidit, uehementer gauisus est, sperabat enim illum aliquando maximas illyricis regionibus utilitates allaturum. Marinus in Tyrocinio ad uirtutes omnes sedulo incubuit, praesertim ad amorem erga Deum ac Dei Matrem, quam quotidianis obsequiis solitus fuit uenerari. Parentem etiam Ignatium impense coluit et ab eo studium alienae salutis procurandae, ac desiderium amplificandae christianae religionis didicit. Expleto pie sancteque Tyrocinii biennio, Domum Sancti Andreae pietatis altricem inuitus deseruit, et ad Romanum Collegium se contulit, ut primum rhetoricae, deinde

* Riječi razmaknutim slovima štampane, u izvorniku su precrtane, a mjesto njih metnula je druga ruka: Patrum Ricasuli et Cassii.

philosophiae operam daret. Maximum ex his studiis fructum coepit Gundula, neque his facultatibus uacans negligentius, ac remissius pietatis officia exequebatur, sed feruidius diligentiusque. Sanctissimi adolescentis Aloysii Gonzagae recens extincti memoria Marinum ad sui imitationem excitabat, stimulos etiam ad uirtutem addebat Cardinalis Bellarmini praesentia, qui quantam coniunctionem pietas cum litteris habeat, ostendit. Absolutis feliciter rhetoricae ac philosophiae studiis, humaniorum litterarum Magister Marinus renunciatus est, easque licet exiguo tempore magna sui nominis aestimatione, et discipulorum utilitate docuit. Difficili ac laborioso Magistri humaniorum litterarum munere breui perfunctus, auditor factus est Joannis de Lugo theologiam in Collegio Romano docentis, qui deinde ob eximiam eius scientiam ab Urbano VIII in Purpuratorum Patrum numerum adscriptus est: quo tempore, et Cornelium a Lapide Sacras Litteras in eodem Collegio interpraetantem audiuit, eiusque non (13) solum interpraetatione, sed etiam exemplo et familiaritate uehementer delectatus est. Theologicas scientias ad animarum salutem procurandam satis utiles ratus, omnem diligentiam in eis addiscendis adhibuit. Dum Romae Marinus theologiae dabat operam sacerdotio iam initiatus, eius genitor e uiuis excessit Anconae an: 1624. Amplissimarum fortunarum haeredes fuerunt duo liberi Joannes nempe, quem primo loco, et Marinus noster, quem secundo suscepit, cum tres prius filias in clarissimas familias locauisset: Paulam natu maiorem Nicolao Sorgo nuptum dedit, Mariam natu minorem Francisco Gundulae, ex qua P. Franciscus Gundula natus est, Catharinam natu minimam Matthaeo Gradio Junii filio matrimonio coniunxit. Marinus quicquid ei ex paterna haeraditate obtigit, totum Mutio Vitellesco supremo Societatis moderatori pro Collegio Ragusae construendo obtulit, hocque ea potissimum ratione inductus fecit, ut consanguineis spem omnem sui patrimonii consequendi eriperet. Vitellescus munus a Marino sponte oblatum acceptum retulit, et sententiam quae eius menti insederat construendi Ragusinum Collegium uehementer approbavit. His ita peractis Marinus Florentiam se contulit,[9] ut Ferdinandum Tertium Magnum Hetruriae Ducem Illyrica lingua, quam callere maxime cupiebat, informaret; in qua prouincia ille Duci satis acceptus fuit, et Dux multum sub tanto praeceptore profecit. Trigesimum septimum aetatis annum agebat Gundula noster, nec dum solemni, ut aiunt, uotorum professione obstrictus fuit; moderatorum enim consilio eam distulit, ut rebus mature perpensis fructuosius patrimonii dominio in commodum Patriae, et animarum salutem se obdicaret. Adhibito itaque plurimorum prudentissimorum uirorum consilio praesertim supremi Societatis moderatoris ex illorum deliberatione intellexit, quid stabilius, et ad Dei gloriam accommodatius foret, dominioque patrimonii, adhuc bonorum suorum per Pontificia decreta, ac priuilegia Societa(14)ti elargita dominus, se in hunc modum abdicauit, quam abdicationem ex instrumento publico quod in nostris monumentis asseruatur, transcripsi:

»Al nome di Dio, e della Beatissima sempre Vergine Maria e di tutti i Santi Amen. Ai 29 di Luglio 1634 in Firenze nel Collegio della Comp. a di Gesù. Douendo io Marino figliuolo di quondam Marino Gondola Raguseo fare la professione Religiosa solenne nella Com. a di Gesù, e per cio uolendo per maggior aggiustamento della mia conscienza, e confermazione della pia e religiosa disposizione ordinare alcune cose con la presente scrittura scritta, e sottoscritta di mia mano, do pienissima potestà e autorità come se fossi io stesso al P. Gio: Andrea Rossano della medessima Compagnia al presente abitante in Roma, o ad altro, che in cio li sostituirà il Molto Reu. do Padre nostro Gle della Compagnia di Gesù pro tempore esistente per dichiarare, ordinare applicare, et eseguire à nome mio tutte e ciascuna delle infrascritte cose, come se io di presente la facessi con scrittura publica per mano di notaro in forma di instromento, donazione inter uiuos, testamento, codicillo, o qualsiuoglia altro piu esquisito necessario, et opportuno modo con tutti quelli priuilegi, che sogliono e possono godere le disposizioni ad pias causas, e in riguardo di Dio, e dell' anima, intendendole tutte come per espresse. Prima che possa etc. Omissis etc. Dei 23 mil: scudi di censi sopra del Collegio Romano in solidum col mio fratello Giouanni ne dispongo 18 mil. nell' infrascritto modo, lasciando l' equinalenti in altri communi effetti al mio fratello, 12 mil. al nouiziato di Roma della Comp. a di Gesù, accio uadi in moltiplico per 30 anni con proibizione etc. Ma il real moltiplico etc., scorsi i 30 anni si applichino i frutti in sostentamento de PP. della Comp. a, che si impiegaranno nelle parti Illiriche in aiuto delle anime, con espressa condizione, che o prima dei 30 anni, o dopo in qualsiuoglia tempo che si facesse Collegio della Compagnia nella città di Ragusa cosi li 12 mil., come il moltiplico sia subito di quel Collegio assolutamente, e non essendo (15) il Collegio in Ragusa ne le missioni nelle parti Illiriche applichi li frutti il P. Generale in aiuto di quelle missioni della Comp. a in Europa, o fuori che stimarà di maggior gloria di Dio, con condizione, che tornando il Collegio in Ragusa, o le Missioni nell' Illirico, subito siano intieramente resi al Collegio, o Missioni Illiriche, potendo il P. Generale prolongare il termine di 30 anni. Sei altri milla al medesimo nouiziatò accio de frutti sostenti quei Padri, che risedono nella Residenza di Ragusa; e non ui essendo i P. P. in Ragusa, uadino questi sei milla nell' istesso modo, come gli altri dodeci milla, cosi circa il moltiplico, come ogni altra applicazione. Oltre di cio siano dei PP. della Residenza di Ragusa tutti li mobili di casa, libri, suppelletile sacra, argenti etc. da me o comprati o portati di casa paterna etc. Cosi ancora tutti e qualsiuoglia Crediti danari etc., che fossero a nome mio proprio, e solo dopo la morte di mio padre. Tra li denari contanti, et effetti uiui sono da mile cinquecento scudi, questi ancora si pongano a censo, e si aggiungano a 6 milla scudi per sostentamento della Residenza di Ragusa, e di loro si intenda il tutto come dei 6 milla etc. Vi sono alcuni debitucci parte per la Residenza, e parte per alcune elemosine promesse, che si deuono pagare per paghe in piu anni

de quali faro la lista di circa 400 scudi poco piu da pagarsi dal multiplico. Vna riserua di cento scudi l'anno in circa d' applicarsi con licenza de Superiori da me in alcuna opera pia o miei bisogni e questo durante la uita mia da cauarsi dal moltiplico. Dispongo ancora, che al Collegio d'Ancona si dia quolibet duodennio pro rata unius anni tantum (Cio si intende nello spazio di quei 30 anni solamente, perche poi ordina il testatore, che fatto il Collegio in Ragusa tutti i frutti uadino ad esso). Super quibus omnibus et singulis etc.«

Qua abdicatione facta, solemnem, ut aiunt Gundula professionem iuxta morem Societatis emisit Florentiae an: 1634 1634 (sic) die Sancto Ignatio sacra. Abdicatio adeo praeclara ac (16) Ragusinae Reipublicae tam utilis ac necessaria multorum inuidiam in Marinum concitauit, sed nemo illam tam aegre tulit, quam Joannes Marini frater, tantumque doloris ex ea concepit, ut Societatem repetundarum coram Mutio Vitellesco supremo Societatis moderatore accusare non dubitauerit; sed cum Mutius probe intelligeret Marinum nostrum aeque ac Joannem luculenti patrimonii haeredem esse, Joannis accusationes rationesque nullius ponderis esse duxit, non tamen Joannes despondit animum, sed tunc causam coram Mutio agere destitit, spemque uictoriae in nouo Societatis moderatore collocauit. Vt primum Vitellescus e uiuis excessit, et ad Societatis regimen Vincentius Caraffa euectus est, supplex ei à Cardinali Saccheto Joannis nomine, libellus est oblatus, in quo plures sed nullius roboris rationes congestae fuerunt. Caraffa libellum a Cardinale suscepit eoque lecto ei responsum per litteras dedit.

Em.mo e Reu.mo Sig.re

»Si è compiaciuta V. Em.za con un memoriale indrizzatomi dal Sig.e Giouanni Gondola raccomandarmi gli interessi che d.o Signore pretende hauere con la Compagnia sopra un lascito come egli asserisce di scudi 18 m. fatto dal P. Marino Gondola suo fratello. Ho letto l'esposto in d.o memoriale, nel quale porta il Signor Giouanni molte cose à suo fauore, che io non posso ammettere fondatomi in altre scritture e ragioni, che rappresento à V. Em. za

P. a dico, che il d.o P. Marino essendo destinato dal P. Generale Muzio Vitelleschi bo. mem: a fare la sua solenne professione, prima di farla uolse aggiustare gli interessi temporali e disporre dei beni, che haueua, fece la d.a disposizione in due maniere, una per uia di contratto di donazione inter uiuos, l'altra per uia di testamento. La donazione fù antecedente al testamento, e fù di scudi 18 m: mon. ta, come costa dall' istrumento rogato da Marzio Nuccula, not. o A C. sotto li 23 Giugno 1634. Questa si fece sotto nome del Collegio di (17) Ancona ma l'utile si porta nella città di Ragusa mentre uuole che si fondi iui un Collegio nostro, e, se questo non sortisse à benefizio del paese Illirico, per mantenere Padri della Compagnia nelle missioni per aiuto di quelle anime. Il fine che il d.o Padre hebbe in farla dixit, et declarauit che era ob amorem Dei in piam causam pro animae eius salute, propter in Religionem suam obsequium, in Patriam charitatem et singularem in praefatum V. Collegium Anconitanum eiusdem Societatis Jesu propensam beneuolentiam, futuraeque in dicta ciuitate Ragusina, si Deo placuerit de Societatis erigendi Collegii commoditatis uehemens desiderium. Il testamento fù fatto à Firenze ai 29 di Luglio 1634. Erede unieursale nomina il d. o Sig. e Giouanni suo fratello, nel quale nomina la d. a donazione, et quatenus fosse bisogno per uia di legato, di nouo lascia la predetta somma in quel modo e forma descritta nell' instrumento. Amendue questi atti hanno sortito il loro effetto; per hauere il d. o Pr. e Marino nell' istesso anno ai 31 di Luglio fatta la sua solenne professione, la Compagnia entrò in possesso delli detti scudi 18 m, e fin ora ha eseguito quanto nella donazione si prescrine. Il Sig. e Giouanni come erede pigliò il posseso dell' eredità, con che approuò quanto nel testamento si conteneua. Da quanto di sopra si è narrato chiaramente si uede po (= primo) che la pretensione del Signor Giouanni di litigare con la Compagnia è mal fondata per hauer egli, per 14 anni, approuato quanto da d. o Pre Marino si è fatto, ne si ha da presumere, che habbia finora taciuto in riguardo del fratello dal quale potesse sperare noui emolumenti, perche hauendo d.o Padre Marino fatto la professione, conseguentemente si era spogliato di tutti li beni temporali. Dunque il non hauer egli litigato tutto è nato, perche conosceua, che non hauena ragione alcuna, conuinto ancora dalle risposte, che li daua il d.o Padre Marino, ò in occasione di congressi, che tra di loro faceuano, o in lettere responsiue, come è quella che egli (18) medesimo porta, se bene non intiera. 2º. Che il fine che hebbe il P. Marino in fare la predetta donazione, altro non fu che quello che sta espresso nel d.o istrumento, e questo è tanto piu certo perche è conforme al detto di Cristo: Vade et uende omnia, quae habes et da pauperibus. 3º. non deue lamentarsi il Signor Giouanni, perche nella detta distribuzione è stato riconosciuto dal fratello in modo che se ne deue contentare per hauere hauuta commoda parte.

2º. Dico ne il P. Muzio Vitelleschi mio antecessore, ne il P. Marino fratello del Signor Giouanni sono stati mai di senso di aggiustare questa pretensione, perche amendue hanno tenuto per certo, che il Signor Giouanni non poteua, ne doueua pretendere cosa alcuna. Il senso del P. Muzio molto bene si inferisce dal non hauer mai dato alcum sesto alle istanze del detto Signor Giouanni fatte bene per lo spazio di dieci anni, ne si deue credere, che l'hauesse portate tanto oltre, se fossero state di ragione, come il detto Signor Giouanni pretende. Il senso del P. Marino chiaramente si conosce dal contratto della donazione, dal Testamento, e da tanti congressi, che ha fatti col fratello, e di piu da una scrittura, che fece prima del testamento e nell' istesso testamento citata, obligando il suo erede all' osseruanza di quella, doue si dichiara, che in caso che il detto suo erede non approuasse la detta donazione, e contra essa uenisse, sia priuo della sua eredita, e sostituisce altri in quella. Io per me ritrouando il negozio in questo stato, e per tanti anni d' appresso al mio antecessore dal d.o Signor Giouanni portato, ne mai à suo fauore concluso: resto persuaso, che le sue ragioni siano molto friuole, e di niuna forza, e pero se in questo non la posso soddisfare, cercarò altra occasione per mostrarle la buona mia uolontà di seruirla. Et Deus etc.«

Qua responsione habita Joannes spem omnem repetundarum abiecit, et Marini pecuniam saluam atque integram Societas retinuit qua aucta iuxta P. Gundulae mentem et Collegium Ragusae constructum est, et tot Patres ac Magistri in commodum non solum Ragusinae urbis sed etiam Illyricae ditionis aluntur. (19) Qua propter quicquid utilitatis a uiris Societatis accipiunt siue agrestes in sacris excursionibus, siue ciues in templis, siue pueri atque captiui in carceribus, siue sacrae Virgines in suis domibus, totum Marino Gundulae Patri atque Auctori Ragusini Collegii iure debetur. Nec Illyricis tantum profuit in Dalmatia Marinus noster, sed in Italia quoque; cum enim Laureti Rectoris munere in Collegio Illyrico fungeretur, curam omnem adhibuit ut illius alumni pietatem cum litteris coniungerent, patriaeque restituti, patriam doctrina et bonis moribus instruerent. In Lauretano regimine summam Marinus ostendit prudentiam, cumque prudentiae insint ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia, docilitas, cautio, his quoque usus est. Cum moderatores Societatis in Gundula tot uirtutes ad regenda Collegia necessarias agnoscerent, nunquam eum quo ad uixit a prouincia gubernandi remouerunt. Post Lauretani Collegii regimen Domui quam Societas Ragusae habebat, praefuit, quo tempore apologeticis scriptis et ualidissimis rationibus satisfecit his, qui illius mentem uoluntatemque oppugnarunt, quod neglecto Joanne germano fratre, luculenti patrimonii haereditatem Collegio Ragusae construendo reliquit. Rexit deinde Fabrianense Collegium, in quo multa uirtutum suarum Patribus praebuit insignia. Tum Perusinum, ubi non minus nostris fuit carus, quam exteris, praesertim hominibus fame atque inopia rerum omnium confectis, quorum indigentiam pecunia sustentabat, deinde Anconitanum, quod fructibus patrimonii semel atque iterum locupletauit. Postremo Florentinum, in quo magnae auctoritatis fuit, propter beneuolentiam, qua eum Magnus Het(r)uriae Dux prosequebatur, quod cum Ragusinos non lateret has litteras ad Vincentium Caraffam supremum Societatis moderatorem (20) dederunt, ut eos Marini opera uti sineret. Oratorem enim illum in senatu communi suffrago ad Genuensem Rempublicam elegerant ut ingentem pecuniae summam quam Michael Prazzatus ciuis Ragusinus apud Genuenses collocauerat, quaeque post eius obitum ad Ragusinos haereditario iure deuoluta fuit, fauore Magni Hetruriae Ducis à Genuensibus repeteret.

Al Reu.^mo^ P.^re^ Preposito della
Comp.^a^ di Gesù nostro Oss.^mo^

Douendo noi procurare appresso la serenissima Republica di Genoua una gratiosa concessione nell affare concernente alla conseruazione di questa Patria: habbiamo risoluto di ualerci in cio, col placet pero di V. P. Reu.^ma^ della persona et opera del P. Marino Gondola nobile nostro della sua Compagnia, ora residente Rettore del Collegio di Firenze, sicurissimi della sua sufficienza e uirtù, per tanto preghiamo V. P. Reu.^ma^, che in grazia nostra e per bene di questa Republica si compiaccia di dar licenza à detto Padre Gondola, che possa trasferirsi per cio à Genoua con quella maggiore celerità, che gli sarà possibile, perche questa sopra tutto n' importa; per il che haueremo particolari obligazioni a V. P. Reu.^ma^ alla quale per fine bramiamo intiero compimento de suoi desideri et ogni maggior prosperità.«

Nescio qua re impeditus Genuensem legationem Marinus non suscepit, attamen ex hac epistola facile dignosci potest, in qua aestimatione apud Ragusinam Rempublicam habitus fuerit. Perfunctus Florentini Rectoris munere à Vincentio Caraffa Romam uocatus est, sed breuis eius in Urbe mora fuit: ab eodem enim Ragusam missus est cum P. Raphaele Prodanello, ut ea Collegii construendi impedimenta superaret, quae paucis ante annis P. Ignatius Tudisius Marini consobrinus superare non potuit, sed Adri(21)aticum nauigans, in longa ac periculosa nauigatione grauem morbum contraxit, qua propter ueritus Prodanellus ne in naui Gundula decederet, praetori supplicauit, ut quamuis Ragusa non multum distaret, proximiorem nihilominus Grauosae portum arriperet. Praetor morem Prodanello gessit, Grauosam se recepit, et Marinum infirmum ac debilem ex nauigio in domum Catharinae Gradi sororis suae detulit, quae deinde haereditario iure in Sorgorum familiam deuoluta est, sitaque ad Boream, contra rus Patrum Societatis, in quo honeste, dum studia litterarum intermittunt, recreantur. Medici ex Ragusina urbe acciti, ut aegro medicinam facerent, subito eius salutem proclamarunt. Marinus licet uiribus, non tamen animo fractus uenientem ad se mortem hilari uultu salutauit, et sacramentis christiano more susceptis spem aeternae salutis apud eum collocauit, ob cuius amorem opulentae domus delicias in ipso iuuentutis flore contempsit, et luculentae haereditatis patrimonium in proximorum salutem profudit. Aderat iam postrema dies, cumque omnes de eius morte tristarentur, ille de futura beatitudine ueluti particeps, laetus animam Deo reddidit Grauosae, die 30 Nouembris an. 1647 annos natus 51. Cumque Societas id temporis, neque certam Ragusae domum, neque templum haberet, in sepulcro suae gentis in aede S. Francisci constitutus est, ex quo post centum, et amplius annos ad templum Societatis, ne dicam suum, funebri pompa deferri debuit. Prodanellus de inespectato Marini obitu Vincentium Caraffam supremum Societatis moderatorem certiorem fecit, ad quem ille moerens ob iacturam tanti uiri, has litteras dedit.

»Molto Reu.^do^ P.^re^ in Cho.

»P. C. Riceuo la lettera di V. R. delli 21 del passato, con la noua della perdita, che habbiamo fatto del P. Marino, che mi (22) è molto dispiaciuta, ma bisogna che ci conformiamo con la uolontà del Signore, in particolare mi dispiace, che non habbi potuto fare qualche dichiarazione per tagliare le differenze con cotesti Signori, con i quali haueremo, che

fare, ma non ci scostaremo dal giusto. Con la prima commodità V. R. se ne uenga, e pregarò il Signore, che la conduca à saluamento. Con che etc.
»Roma 18 Gennaro 1648.

»Seruo in Cho
»Vincenzo Carafla«.

Prussinus senior in arte pictoria celeberrimus illius effigiem quem paulo ante Anconae uiderat et contemplauerat, in tela coloribus expressit asseruaturque in ipso Ragusini Collegii ingressu, et Philippus Allegambe Societatis scriptor P. Marinum hoc laudum praeconio celebraiut:[10]

»P. Marinus Gundula Ragusinus ex gente Patritia, et ab octingentis annis in administrandis illius Reipublicae praecipuis muneribus illustri, in Societatem annos natus sexdecim Anconae adscriptus est. Romae in Tyrocinio praeclara indolis monumenta dedit, in studiis tum philosophicis, tum theologicis bene profecit. Sacerdos factus quo ad uixit Rectoris munere perfunctus uno triennio dempto, quo Ferdinandi Tertii Magni Ducis Hetruriae in lingua Illyrica praeceptor fuit, quo tempore quatuor uota professorum emisit. Illyrico primum Collegio Lauretii praefuit, deinde Residentiae Ragusinae Superior, tum Fabriani et Anconae, demum Florentiae, quo cum laude absoluto a P. Vincentio Caraffa Generali Romam accitus in Domo Professorum sex mensibus commoratus est, deinde ad domestica negotia componenda Ragusam nauiganit, quo in itinere febri correptus in portu Sanctae Crucis ipso in limine Patriae 30 nouembris an 1647 desiit. Ex paterna haereditate reliquit Collegio Ragusino fundando 18 aureorum millia, qua pecuniae mole aucta ad 44 millia Collegium fundari coepit. (23) Vixit annos 51, in Societate 35.

P. Ioannes Darscia.

P. Ioannes Darscia natus est Ragusae paulo ante annum 1600.[11] Haec Darsciorum Familia Ascriuio priscis olim temporibus profecta Ragusae sedem fixit, et in Patriciorum ordinem transcripta fuit. Anno deinde 1400 grassante peste, spreto senatus de non deserenda Patria decreto, fuga periculum declinauit, et tunc de nobilium statu delapsa ad cives deiecta fuit, ueteris tamen originis indole seruata singulis aetatibus uiros protulit omni uirtutum genere praeclaros, inter quos Ioannem nostrum. Hic cum humanioribus litteris a P. Rodulpho Ricassolo Societatis uiro imbueretur, singularem modestiam, et eximiam uitae probitatem in nostris admiratus, Societatis amore captus est. Tyrocinium Romae ingressus, illico se ad Tyrocinii normam conformauit et a legum nostrarum praescripto ne latum quidem unguem discessit. Rhetoricae praeceptis bene excultus, philosophicis studiis operam nauauit, in quibus praeclarum ingenii specimen praebuit. Grammaticam, et humaniores litteras per quadriennium docuit quo tempore teneros discipulorum animos pietate etiam informauit. Perfunctus magistri humaniorum litterarum munere theologiam a Ioanne de Lugo audire coepit, dum-

que his studiis distinebatur, a Mutio Vitellesco supremo Societatis Moderatore iussus fuit uitas sanctarum Virginum, quas P. Bartholomaeus Cassius Illyrico idiomate scripserat attenta mentis acie, dum typis ederentur, percurrere, et errata, si quae essent, corrigere, quo in munere Darscia longius, quam par erat immorabatur. Diuturnam Cassius moram aegre tulit, et per litteras Mutio missas, de ea questus est, ut in commentariis ab ipso Cassio scriptis legitur: »Veggo che il Demonio nemico della uerginità impedisce e procura, che le purissime uite delle Sante Vergini non siano manifestate ai popoli fedeli di questa nazione, in oltre mi accor(24)go che persuade à Darscia, che sfugga la fatiga di correggere e riuedere la stampa.« Quibus lectis responsum a Mutio Cassius accepit: »Parlarò col F. Darscia per conto delle 25 uite delle Vergini per uedere quanto si potra fare in ordine alla stampa.« Magna cum laude theologiae curriculum expleuit Ioannes noster, et absoluto tertio Tyrocinii anno Ragusam uenit 1634, et domum quam Societas in ea habebat rexit usque ad annum 1639 ut in libro Receptionum, qui in Archiuio nostro asseruatur, legitur.[12] »Ai 24 di Luglio Io Pietro di Giorgio Menze dico hauer riceuuto dal R. P. D. Giouanni Darscia della Compagnia di Gesù ducati 15 di grosseti 40 per il resto del pagamento della mia casa etc.« Quo tempore Patriam exemplo ac praedicatione excoluit, multique ad eum propter doctrinae opinionem consilii capiendi causa concurrebant, plures delictorum onus ad ipsius pedes deponebant, qua in exercitatione quatuor integros annos consumpsit. In Italiam a moderatoribus euocatus, poenitentiarii, ut uocant, prouinciam suscepit, et confessiones in Lauretana Aede non solum Illyricorum, sed ex uniuersa Italia confluentium, plures annos audiuit, ibique singularem in Virginem amorem assecutus est. Plenus demum annorum, et recte factorum, obiit circa annum 1670.[13]

P. Ignatius Tudisi.

P. Ignatius Tudisi natus est Ragusae paulo ante annum 1600.[14] Pueritiam innocenter in Patria transegit, adolescens a parentibus, qui in eo, et generosam indolem, et praeclarum ingenium admirati sunt, Romam missus est, ut in Seminario Romano liberalibus disciplinis operam daret, et rectam quandam rerum expetendarum, fugiendarumque scientiam disceret, quae et ad bene beateque uiuendum, et ad Rempublicam administrandam plurimum conferret. Ille in Seminario, tum litterarum studia, tum pietatem coluit (25) cumque Marinus Gundula eius consobrinus, et Ragusini Collegii Pater, atque Auctor Romam uenisset Societati Iesu nomen daturus, lapidem omnem mouit, ut ipse etiam eidem militiae adscriberetur. Exorata non sine difficultate a parentibus, qui in eo magnam spem collocauerant, uenia, Tyrocinium nostrum Romae ingressus est. In quo maximas Deo gratias referebat, quod eum e fluctibus tempestatum eduxerit, et in tranquillo religionis portu collocarit, summoque studio nitebatur, ut religiosas uirtutes in ipso religiosae uitae

exordio indueret. Exacto Tyrocinii tempore eadem die, qua biennio ante se in Societatem adiunxerat consueta uota nuncupauit. Humanioribus litteris, et philophicis studiis traditus magnos in illis fecit progressus, maiores in pietate. Obedientiam adeo coluit, ut externa illa, quae iumentorum uirtutem non excedit, haud contentus, mentem etiam eius, qui praeerat, arbitrio subiiciebat; susceptae paupertatis amore supra modum tenebatur, eamque a Parente suo Ignatio, quem unice diligebat, tamquam matrem sibi relictam arcte complexus, nihil unquam praeter ipsam proprium sibi esse uoluit. Vt uero pudicitiae candorem integrum, et sine labe seruaret, plurimum diligentiae posuit acrem ut ili sepem suis rigentem spinis, belluis abigendis aptam circumdaret, fuitque semper cum in castigando corpore acer ac rigidus, tum in sensuum, atque oculorum praesertim custodia uigil ac diligens. Neque sibi soli, sed aliis etiam profuit Ignatius. Ragusinos iuuenes pietate informauit, et humaniores litteras docuit, Iuniumque Palmottam Illyricos inter poetas ob styli uenustatem facile principem, auditorem habuit et refert Stephanus Gradius Bibliothecae Vaticanae praefectus in uita ipsius Palmottae:[15] »Et* haec Palmottae quasi domestica institutio fuit, namque ad humanitatem, et coeteras ingenuas artes doctores ex professo habuit Camillum Gorium Senensen et Ignatium Tudisium consanguineum suum Societatis Iesu** uiros, non minus uitae sanctitate, quam litterarum lau(26)de praestantes.« Theologicis studiis uacans, quantum acri subtilique ingenio ualuerit, propugnatis thesibus, ostendit, magnaque sui nominis aestimatione philosophiam Ragusae professus est.[16] Plures praeclari adolescentes ipsius scholam frequentabant inter quos ipse Gradius ut fatetur in disputatione, quam habuit cum P. Honorato Fabri cap. 2: »Huius disciplinae diuturniorem fructum cum immatura mihi optimi uiri Patrui mei mors inuidisset, colui in eius loco Ignatium Tudisium uestri item Ordinis, consobrinum meum, quo doctore ad litteras humanitatis, et partem philosophiae, sed praecipue ad pietatem, et ad christiani hominis officia sum eruditus.« Viuebat tunc Ragusae Marinus Ghetaldi, mathematicus non ignobilis qui tantum Tudisii ingenio tribuebat, ut libros de resolut. et compositione mathematica,[17] ante quam in publicam lucem prodirent, illius iudicio subiiceret, cumque Marinus e uiuis excesserit, et opus hoc ineditum remanserit, Ignatius ut typis mandaretur, curauit, illudque Francisco Cardinali Barbarino dicauit nomine Annae Franciscae et Mariae, quas Marinus genitor in tenera adhuc aetate reliquit, et moriens Tudisio suo commendauit.

* St. Gradić: A t.
** St. Gradić: »Societatis Jesu sacerdotes, viros...«

»Eminentissimo et Reuerendissimo Principi Francisco Cardinali Barberino Anna Francisca et Maria Marini Ghetaldi filiae infantulae F.«

»Expetitum et postulatum a multis nostri parentis opus de resolutione et compositione mathematica, illo uita iam functo, posthumum orbatumque profertur in publicum, ac ne pullatum prodeat, atratumque, ut deceret in luctu, tuus Eminentissime Princeps prohibet splendor, cuius patrocinium sicut auctor sibi pararat in uita, ita seruare ac retinere conatus est moriens. Id enim cum ultimum efflaret spiritum unicum nobis reliquit orbitatis nostrae remedium, ut dulcissimum patris desiderium liceret eius nominis appellatione lenire, quem Roma caput gentium, et christianus orbis uniuersus proximum a patruo Sanctissimo Pontifice, ducem ac parentem appellat. Itaque quas postremas, ac pene intermortuas deficiente iam spiritu, collegimus uoces, in eas infan(27)tiae nostrae linguas enodare didicimus istam implorantes tutelam, in quam ab optimo parente suprema uoluntate commissae sumus. Et uero a quo potius ipsa loquendi duceremus initia quam imploratione potentiae tuae, cuius regnatrices apes peruulgata miraculi fama facundiam infantibus instillare consueuerunt? Quae cum dulcissimo nectare sint instructae, nec tamen spiculis exarmatae speramus fore, ut neque nostrae calamitatis acerbitas solatio, neque opus hoc aduersus obtrectatores patrocinio destituatur. Id igitur unum oramus, ac uehementer a te contendimus, ut quemadmodum in isto munere ac dignitate iniquorum ab innocentium uita propulsas iniuriam, sic beneuolentia, ac studio tuearis in defuncti parentis monumento solitudinem nostram. Vale.«

Functus interim erat administratione Ragusinae domus P. Ioannes Darscia, hanc, iubente Mutio Vitellesco administrandam suscepit Tudisius noster, ut habetur ex libro receptionum, qui in Archiuio huius Collegii asseruatur: »In compimento della pigione dela casa sudetta maturata per tutto decembre dell' anno passato 1638 Io sudo. Giorgio di Giouanni Menze confesso di hauer riceuuto dal P. Ignazio della Compagnia di Gesù ducati 15 questo di 6 di marzo 1639, et in fede etc.«, et tunc tempus illud, quod a domesticis negotiis reliquum erat, totum in salutem, atque utilitatem suorum ciuium, insumebat. Sacras Virgines, quas ad perfectae virtutis frugem reperiebat idoneas meditationibus paulatim, et quasi per gradus excolebat, coeteros interim precibus, monitisque, pro ut se dabat occasio, a uitiorum foeditate remouebat, atque ad studium aeternae beatitudinis incitabat, aegrotis etiam in Nosocomiis, et detentis propter delicta in carceribus solatio fuit, et adiumento. Sed hanc diutius prouinciam sustinere Ignatius non potuit, nam cum graues difficultates quae Rempublicam inter et nostros exortae erant Collegii aedificandi causa complecti, atque ad exitum perducere minime ualuerit, a Mutio cum coeteris nostris, qui Ragusinam domum incolebant, in Italiam nauigare iussus est. Ille Romae sacram a (28) Mutio exorauit in Vngariam expeditionem, quod munus

ingenti non solum christianorum utilitate, uerum etiam Schismaticorum, Turcarumque per aliquot annos exercuit. Seruiam etiam seu Mysiam superiorem praedicatione excoluit, et magna pietatis suae monumenta Tauruni reliquit. Cum uero Ignatii corpus defatigatione et exercitatione ingrauescere coepit, ad Urbem uocatus est, ut requiem aliquam post tot exantlatos labores caperet. Ille cum mortem non longe abesse animaduerteret, orandi studio, et assidua rerum coelestium meditatione ad eam se comparauit, et Tibure septuagennario maior, quatuor uotorum professus obiit.[18]

P. Ioannes Sparlenta.

P. Ioannes Sparlenta natus est in Media Elaphitarum Insula paulo post annum 1600.[19] Haec olim frequentissime habitata ex omni superiore memoria uiros protulit satis gnauos, atque industrios, qui nauticae artis peritissimi non modo in Hispaniam, atque Britanniam, sed in nouum etiam orbem omniaque Americae emporia suis nauibus uecti, magnas sibi fortunae fecerunt accessiones, patriamque opibus instructissimam reddiderunt. Ex his unus fuit pater Ioannis nostri, qui per maria Gaditanum, Britannicum, atque Indicum huc illuc consulto uagatus amplas collegit diuitias, quae Philippo huius nominis 4º Hispaniarum usui aliquando fuere. At Ioannes de paterna haereditate parum solicitus, opes quae nec ab hoste auferri, nec naufragio amitti possunt, consequi studuit. Humanioribus litteris mediocriter excultus, clericali militiae adscriptus fuit, seseque comitem Patri Bartholomaeo Cassio addidit, qui sacris id temporis per Ragusinam ditionem excursionibus nauabat operam, ut in commentariis ab ipso Cassio scriptis legitur: »Transacto quatriduo in piis exercitationibus Pater Cassius cum clerico (Ioanne Sparlenta) in Insulam Elaphitem antiquitus uocitatam, hoc aeuo dictam Mediam seu Lopud, ut spiritualibus exercitationibus, concionibus, et sacramentorum administratione illius incolas (olim magnarum nauium copia ditissimos) re(29)crearet. In ea est sinus portusque satis amplus lunae nouilunio persimilis, solem occiduum spectans, undequaque multis domiciliis nobili structura uiridariisque exornatus, atque conspicuus. Descendit ergo Pater in littoris ripam, quae colli subiecta est, in quo est monasterium Franciscanorum Fratrum paucorum ,quod appellatur Sanctae Mariae Virginis Deiparae. Clericus autem Patris, Ioannes Sparlenta in collem alterum, in quo erat matris illius uetulae domicilum satis commodum recteque constructum ex quo pulcherrimus prospectus erat totius portus sinusque lunaris ac latioris pelagi. A uetula sexagennaria acceptus est Pater in hospitium aestiuis caloribus laetissimo uultu magnaque beneuolentia. Ex assidua cum Cassio familiaritate, et uiuendi consuetudine Sparlenta nostri instituti amore captus est, et exorata à moderatoribus facultate sacerdotio initiatus Societatem Romae ingressus est, ut in ea coadiutoris, ut aiunt, spiritualis munere fungeretur. Expleto summa cum pietate Tyrocinio humanioribus litteris iterum

excultus est, et pueros grammaticam plures annos docuit. Inde ut se idoneum ad confessiones excipiendas redderet, animum serio ad studium theologiae moralis adiecit; cumque iam ad gradum coadiutoris spiritualis in Societate erat promouendus, adhuc bonorum suorum per Pontificia priuilegia dominus, testamentum Laureti condidit, et bona sua supremo Societati moderatori pro Collegio Ragusae fundando reliquit. Testamenti summa haec est:

»Io Giouanni Sparlenta dell' Isola di Mezzo Territorio della Republica di Ragusa religioso della Compagnia di Gesù ritrouandomi al presente in questa Città di Loreto, e douendo in conformità delle constituzioni di essa Compagnia per riceuere il grado, che in essa mi sara dato, disporre dei miei beni, hauendo per cio sotto li 12 di Giugno passato del 1641 ottenuto licenza e facoltà dal molto Reu.do Padre Muzio Vitelleschi di b. m., allora nostro Preposito Generale, però ritrouandomi ora per la grazia di Dio sano di corpo, e sincero di mente, ho deliberato di fare il mio ultimo Testamento, nella maniera e modo, che siegue.

Primieramente dichiaro di hauere, e possedere gli infrascritti beni (30) cioè due case poste nella predetta Isola con giardini, uigna et altri loro membri, et attinenze, nele quali al presente abita la Sig.ra Anna Sparlenta mia madre.

Item gli ori et argenti, le suppelletili et altri mobili di casa, con la libraria di diuersi libri, i miei uestiti, et arme con i suoi fornimenti.

Item li crediti con diuerse persone à Ragusa, Napoli, Genoua et in Spagna con la Maestà del Re Cattolico, et altri particolari tanto in nome mio proprio, quanto come Erede dei quondam Signori Francesco e Michele Sparlenta miei padre e fratello ne quali tutti specificati beni, mobili, stabili, crediti e nomi de debittori, come anco in tutti e singoli altri beni, e loro ragioni e azioni presenti e future, che in qualsiuoglia maniera mi appartengano, e possono attenere: Instituisco e nomino mia Erede Vniuersale la sud.a Signora Anna Sparlenta mia madre amantissima durante la sua uita tal che ella non possa mai per alcun tempo uendere, donare, ne in qualsiuoglia modo alienare i suddetti beni, ne parte di essi etiam dopo la mia morte, se non fosse solamente per il suo uitto e sostentamento in caso di necessità, ma pigliandone solamente e godendone gli usufrutti, mentre essa uiuera, debba intieramente conseruarli, e facendo altrimenti, ipso facto decada da ogni commodo e ragione di questa mia Eredita.

Item dopo la morte di d.a mia madre uoglio, che tutti i sopra nominati beni, che si ritrouaranno in essere, restino in potere e amministrazione della Signora Nika Darcolicich uedoua del Sig.e Marco Baletta mia cugina, accioche ella li maneggi, come cosa propria, durante la sua uita, con patto che l' uso frutto di essi beni debba annuatamente (essendo di cio da me auuisata, e richiesta) cosi ancora gli altri mobili, o parte di quelli dare, prouedere e

rimettere per limosina a chi li sara significato, altrimenti gli habbia e goda lei per amor di Dio.

E morendo la d.a Nika in questo mentre dourà succedere in d.o carico e amministrazione altra persona da nominarsi e cosi successiuamente durante pero là mia uita; dopo la (31) mia morte, e della d.a Nika li detti beni restino alla dispositione e gouerno del P. Generale della Compagnia, che sara pro tempore per applicarli al Collegio della Compagnia in Ragusa, se mai in quella Città o stato si fondara.«

Deposito terrenarum rerum onere expeditior Joannes noster ad sacras excursiones factus est, quibus per prouincias Patriae suae finitimas ex instituto dedit operam, multosque ad Romanam fidem, plures Romanae fidei homines ad meliorem frugem traduxit. Scripsit opusculum patria lingua ad christianos in officio continendos.[20]

P. Joannes Lisich.

P. Joannes Lisich natus est in Media Elaphitarum Insula post annum 1600.[21] Ex curia Archiepiscopali, in qua cancellarii munere fungebatur, Romam, auctore P. Marino Gundula, quem Joannes arbitrum suae conscientiae elegerat, profectus est, et Societati nomen dedit. Cum esset aetate iam matura,[22] animum serio ad religiosas uirtutes in Tyrocinio adiunxit. Quo expleto humanioribus litteris excultus est, et theologiae morali nauauit operam, pueros deinde grammaticam docuit, et Ragusae multorum salutem procurauit. In qua urbe ante quam ad gradum coadiutoris spiritualis promoueretur testamentum fecit, et domum, quam Societas Ragusae habebat, haeredem instituit. Summa testamenti ex nostro Archiuio desumpta est:

»In Christi nomine Amen. Anno ab eius salutifera natiuitate 1636. Indictione 4 die uero 13 Julii in domo Residentiae testatoris.

Ritrouandoni io Giouanni Lisich Sacerdote della Compagnia di Gesù sano di corpo e sincero di mente, faccio questo mio ultimo Testamento, per il quale riuoco, e casso ogni altro Testamento, e gionte, che per il passato hauessi fatto, e desideroso di entrare nell' Eredità di Christo Crocefisso, il quale uiuendo, et essendo Re e Signore del Cielo e della Terra non hebbe doue reclinasse il capo, e morendo lo lasciò, anche per pouertà (32) da se stesso eletta, pendente in aria. E prima raccomandando l' anima mia all' infinita misericordia sua, pregandolo che per sua bontà, e immensa pietà uoglia riceuerla in consorzio dei suoi eletti lascio le solite decime alle tre solite Chiese. Instituisco mio Erede uniuersale la Compagnia di Gesù a disposizione del Reuerendo Pre Generale pro tempore esistente, quale uoglio, che finito l' usafrutto che abbasso diro a fauore di Maria mia diletta Zia, e di Marco suo marito, debba uendere tutti i miei beni stabili. che si trouaranno, e di prezzo di essi se ne serua in utile della Compagnia in Ragusa, se allora la d.a Compagnia sara in d.a Città, se non, di altro luogo della medesima Compagnia, oue fosse la nazione Ragusea uolendo che di tutti sud.ti miei beni stabili siano usufruttuari li sopradetti Maria e Marco, e in caso di mera necessità possano uendere, et alienare li d.ti miei beni, incaricando le conscienze loro, che à questo atto uengano, quando si tronassero in stato tale di necessitâ, che sia uera, e non finta.«

P. Bartholomaeus Zizzeri.

P. Bartholomaeus Zizzeri ex peruetusta Zizzeriorum familia et inter ciuicas primaria natus est Ragusae ante annum 1610.[23] Adolescens Societatem Romae ingressus est; in ea pietatem uehementer coluit, et humanas diuinasque scientias apprime didicit. Absoluto theologiae curriculo Setiam Campaniae urbem missus est, in qua olim tertius Tyrocinii annus absoluebatur. Ibi ante solemnem, ut aiunt, professionem testamentum condidit, et domum, quam Societas Ragusae habebat haeredem ex asse reliquit anno 1640. Testamenti summa ex nostro Archiuio desumpta est:

»Io Bartholomeo Zizzeri della Compagnia di Gesù uoglio che sia mia uniuersale erede di tutti e singoli miei beni tanto stabili quanto mobili in qualsiuoglia loco posti, e confinati et a me spettanti, e pertinenti la uenerabile Compagnia di Gesù dei P. P. Gesuiti, quale erede uniuersale uoglio che possa uendere e alienare tutti e singoli i miei beni, ma il denaro ,che si cauara dalla uendita di essi beni, si (33) debba mettere a frutto in Italia, e li frutti di detti beni uoglio che il P. Generale della Compagnia dia al Collegio dei P. P. Gesuiti di Sezze sin a tanto che sara fatto il Collegio di Ragusa, a cui douranno darsi, con questo pero che dopo la mia morte si paghino primieramente gli infrasritti legati«, quae in testamento enumerat.

Praediorum omnium, quae P. Zizzeri Collegio Ragusino in testamento reliquit, post annos fere centum Senatus Ragusinus hypothecarius creditor factus est. Rem paucis expediam. Franciscus Rogacci, ciuis huius Reipublicae locupletissimus, frater Alexandri et Benedicti Rogacci, qui in ipso iuuentutis flore Societati Jesu nomen dederunt: propter summam in fratres ac Societatem beneuolentiam uiginti quinque millia ducatorum, quae in publico aerario Venetiis collocauerat, moriens Collegio Ragusino reliquit. Hanc Francisci erga Patres Societatis liberalitatem pauci commendarunt, uituperarunt multi, praesertim uiri Patricii, qui ab eo aliquod Reipublicae subsidium calamitosis illis temporibus expectabant. Cumque Patres testamentum quod Franciscus Rogacci condidit transcriptum in Curia publico signo atque auctoritate firmare uoluerint, ut ei a Senatu Veneto fides haberetur, graues exortae sunt difficultates, quae tamen consilio, atque fauore amicissimorum hominum breui superatae fuerunt. Longas tamen excitauit discordias Rempublicam inter et Patres Collegii Ragusini, quaedam summa pecuniae, quam Franciscus quotannis ex aere Venetiis collocato, et fructibus inde

perceptis Reipublicae Ragusinae numerabat, ueteri enim lege sancitum erat, ne pecunia quacumque industria a ciuibus Ragusinis acquisita extra fines Ragusinae Reipublicae collocaretur, nisi ea conditione, ut ex fructibus singulorum centenorum ducatorum uiginti Reipublicae penderentur, quam summam ex uectigalibus ac tributis eadem perciperet si ea Ragusini ciues ad quaestum ac negotiationem uterentur. Hanc summam post quam aes Rogaccianum haereditario quodam iure ad Collegium Ra(34)gusinum deuolutum est, Patres Reipublicae pendere recusabant propter canonicas sanctiones, quae uiros Ecclesiae dicatos ab huiusmodi onere, ac solutione reddunt liberos atque immunes. Haec Patrum ratio Senatui minime probabatur, qua propter ne quid damni acciperet, fructusque amitteret praesertim illos quos Franciscus, si diutius uixisset, certo percepisset, ueluti quadam prouidentia usus, omnium praediorum, quae Collegium Ragusinum in ualle Nucis, uulgo Orasciatz, possidebat, hypothecarius creditor factus est. Hanc Senatus deliberationem iniquo animo tulerunt Patres Collegii Ragusini, praediaque omnia uendere statuerunt, sed emptor deerat, ab onere publicae hypothecae perterritus. Non defuerunt uiri sapientia, atque auctoritate conspicui, praesertim Cardinalis Cimfuego ex Societate Jesu, optime de Republica Ragusina meritus, et F. Angelus Franchi Ragusinae Ciuitatis Archiepiscopus, qui Patrum causam qua litteris qua uoce apud Ragusinos defenderunt. Nec sine uictoria: Senatus Patrum praedia ab omni onere hypothecae liberauit; tum Patres impetrata Romae facultate. et Senatui gratificandi et uendendi praedia non solum ea quae ad illos a Patre Bartholomaeo Zizzeri, sed etiam ea quae a D. Perra Gundula haereditate peruenerunt, ducentos et septuaginta ferme aureos Reipublicae obtulerunt, et praedia uendiderunt primum Petro Franouich, deinde Vincentio Raghio, qui pretium maius obtulit, atque persoluit 1739.

P. Nicolaus Calendarius.

P. Nicolaus Calendarius natus est Ragusae ante annum 1610.[24] Captus Societatis desiderio, omnem lapidem mouit, ut in ea adscriberetur, nec illius uotum irritum fuit; honestissimas uirgines sorores suas easdemque uenustissimas uulgo Calandrizzas consanguineis suis commendans, quae deinde in ciuium familias collocatae sunt, ad Romanum Tyrocinium se contulit in quo ad uirtutes sedulo incubuit, praesertim ad animi demissionem, obedientiam, et amorem erga Dei(35)param, deinde humanioribus litteris. et philosophicis ac theologicis studiis non mediocriter imbutus Philosophiam docuit Laureti et poenitentiarii munus egit in sacra aede, ut ipse met in approbatione cuiusdam libri Illyrici fatetur: »Ego Nicolaus Calendarius Sanctissimi Domini nostri Poenitentiarius, et in Collegio Illyrico philosophiae professor iussu admodum Reuerendi Patris Inquisitoris uidi hunc librum inscriptum Nauk duhouni ex hispanico in Ragusinum idioma translatum, in quo cum nihil catholicae fidei

bonisque moribus repugnet, inuenerim, imo potius cum summam pietatem redoleat, tanquam opus maximae utilitatis publica illud luce dignum existimo. Laureti 7 Januarii an 1636. Nicolaus Calendarius Soc: Jesu an 1636.« Reliquum uitae spatium in aliorum salute procuranda consumpsit. Obiit senex Biturgiae in Hetruria.

Augustinus Vlaichi.

Augustinus Vlaichi natus est Ragusae circa annum 1610.[25] Honestissima in familia institutus est, et educatus ingenue. Christophorus pater bonos mores et magnam indolem in adolescente filio admiratus, Messanam Siciliae urbem eum misit, in qua plures habebat consanguineos, qui florebant copiis et opibus, quas ex negotiatione ac mercatura perceperant, ut eorum exemplo, atque adiutorio, ipse etiam aliquas fortunae accessiones faceret. Augustinus ex assidua coelestium rerum contemplatione probe intellexit non solum uacuas atque inanes esse terrenas diuitias, uerum etiam molestas, ac solicitudines parere, quibus diuitum animi dies noctesque exeduntur, qua propter eas aspernatus omne studium adhibuit, ut his potiretur, quae homines uere beatos efficiunt. Nullibi melius desiderium quod animo conceperat, assequi posse cognouit, quam in aliqua religiosa familia, quam ob (36) rem complures mente percurrens singulas singulis conferre coepit secumque diligenter expendere, in qua facilius ad aeternae beatitudinis portum perueniret. Post diuturnam accuratamque ea de re habitam deliberationem Deo Superisque prece saepe consultis Societati Jesu animum adiecit, nullaque mora interposita a nostro Praeside qui tum in ea prouincia cum imperio erat impetrauit ut in Societatem admitteretur, et Messanae tyronibus adscriptus est. Quot annos Augustinus in Societate uixerit, quae munia obierit, ignoro, hoc tamen sine dubitatione asserere possum eum summa uitae sanctitate floruisse et extremum diem pie in Sicilia obiisse. Praeclarum de hoc testimonium habemus librum in quo antiquae ciuium Ragusinorum familiae ex coetu Sancti Antonii recensentur, ubi agitur de familia Vlaichi: »Christoforo di Agostino hebbe per moglie Anna figliuola di Martolo Miscglieni come per P. M. del 1606. ...26 con la quale hebbe gli infrascritti figliuoli Agostino morse putto. Agostino 2 fù della Compagnia di Gesù morse in Sicilia, fù di gran bontà di uita.«[26]

Alexander Rogacci.

Alexander Rogacci natus est Ragusae anno 1644 ex Maria Primi quae familia post collapsam terraemotu urbem in nobilium numerum relata est. Prima grammaticae rudimenta in scholis, quas Societas Ragusae habebat, posuit, deinde Anconam cum patre profectus humanioribus litteris in Collegio Anconitano operam dedit, cumque esset summo ingenio praeditus, magnos in his studiis fecit progressus, maiores in pietate, qua propter Societati dare nomen

statuit. Praeclaram adolescentis indolem moderatores admirati eum Romano Tyrocinio adscripserunt. Alexander in Tyrocinio animum sedulo ad uirtutes applicuit, demissus erat, obediens, moderatus, et omnibus in rebus, a quibus uitiosa natura abhorret, uictor sui. Expleto pie santeque Tyrocinii biennio, uotisque nuncupatis ex domo Sancti Andreae ad Collegium Romanum se contulit, ut primum rhe-(37)toricae operam nauaret, in qua condiscipulos omnes propter ingenii excellentiam superauit, deinde philosophiae. Sed cum his studiis uacaret, tenui assiduaque febri tentari coepit, qua propter a moderatoribus philosophica studia intermittere iussus, primum Setiam in qua urbe humaniores litteras docuit, deinde Anconam missus est, ut pristinam ualetudinem recuperaret, sed cum nullum ex illo quasi natiuo aere fructum coepisset, summo studio summaque diligentia ad instantem mortem sese comparauit, ac in ipso adolescentiae flore non dierum, sed recte factorum plenus obiit Anconae 1666.

P. Orsattus Ragnina.

P. Orsattus Ragnina natus est Ragusae circa annum 1612.[27] Uitam puerilem non ut pueri solent in nugis iocisque, sed in pietatis operibus in patria traduxit. Iuuenis summi ingenii et magnae spei a parentibus, qui rei familiaris copia abundabant, Romam missus fuit cum Sebastiano Zamagna consobrino suo, ut inter nobiles Seminarii Romani conuictores adole[sce]ret. Ille in Seminario pietatem, quam secum e Patria tulerat, uehementer auxit, tantosque in litterarum studiis progressus fecit, ut omnes eiusdem aetatis adolescentes superarit. Multa parentes commoda praestantissimum iuuenem, et sibi et Reipublicae allaturum sperabant, sed ille Instituti Societatis cupidus Romae inter tyrones adscriptus est. In ipso religiosae uitae exordio illud in animum Orsattus induxit haud aliam ad perfectam uitae integritatem religioso homini patere uiam, nisi quam suscepti instituti leges monstrarent; id circo ab his legibus, quas a maioribus nostris in unum codicem digestas accepimus, ab earumque praescripto ne transuersum quidem unguem in re ulla discessit. Vtque leges totius Ordinis, sic uniuersa Tyrocinii munia abiecta quantumuis, et operosa, tam strenue obibat quam si eiusmodi ministeriis innatus atque enutritus adoleuisset. Corpus suum aspere ac dure tractabat, nec alio magis in hac re doloris sensu afficiebatur, quam quod(38)sibi grauius saeuiendi minime potestas fieret. His uirtutibus instructus consueta Societatis uota priuatim nuncupauit Orsattus noster et ex Tyrocinio ad Romanum Collegium se contulit, ut animum ad intermissa per biennium studia adiceret. Humanioribus primum litteris diligentius excultus est, deinde philosophiae operam dedit, tantaque sui nominis aestimatione huius facultatis curriculum confecit, ut omnium sententiis quibus de eius doctrina cognoscendi negotium datum fuit, longe aptissimus ad philosophicas theses propugnandas iudicatus sit. Absolutis his studiis humaniorum litterarum magister renunciatus est, easque quadriennio docuit tanta discipulorum utilitate, ut non solum artem bene dicendi, sed perfectam uiuendi rationem a piissimo doctissimoque praeceptore didicerint. Theologica studia aggressus, incredibile dictu est, quantum in his profecerit, quantamque rerum diuinarum cognitionem assecutus fuerit. Huic facultati uacans per omnes sacrorum ordinum gradus ad apicem Sacerdotii euectus est tanta laetitia, et animi uoluptate ut inter eiusmodi caeremonias se nihil unquam simile sensisse affirmaret, et sacerdos iam initiatus uniuersae theologiae theses coram frequentissimo sapientissimorum uirorum consessu adeo strenue propugnauit, ut omnium uotis dignus habitus sit, qui superiores facultates in lyceis profiteretur. Absoluto studiorum curriculo Setiam Campaniae urbem missus est ad explendum tertium Tyrocinii annum. Ille commodam sanctitatis occasionem nactus, omnes diligentiae partes adhibuit ut si quam pietatis particulam in tam longa studiorum serie amiserit, hoc anno non solum recuperaret, sed etiam charitatis feruorem augeret, et quidem magnum hoc tempore fecit uirtutum incrementum, et studium alienae salutis uehementer auxit, iamque se parabat ad excolendam praedicatione patriam ciuesque suos, sed propter non nullas Rempublicam inter, et nostros exortas difficultates a Ragusino itinere fuit impeditus. Italorum tunc ille curam suscepit et primo quidem Maceratensium, apud quos philosophiam (39) per triennium professus est. Multos in ea ciuitate e peccatorum coeno extrahere, multos ad rectum salutis iter reducere conatus est. In aliis etiam Italiae urbibus plurimorum flagitiosorum hominum effraenatam coercuit licentiam, et praeclara uirtutum semina iecit. Non potuit Italia diutius tanto uiro frui, Ragusini enim intelligentes, quantum utilitatis ac commodi eorum ciuitas a Patribus Societatis perciperet, mutata sententia superatisque difficultatibus, de eorum aduentu ac de nouo Collegio serio cogitare coeperunt. Missis itaque epistolis ad supremum Societatis Moderatorem, interposita etiam summi Pontificis auctoritate duos e nostris impetrarunt, alterum Patrem Grebonium Polonum, auctorem illius celeberimi distici:

Par Domus est Urbi, Urbs Orbi, sed neutra triumphis
Et belli et pacis par Lodoice tuis,

qui Ragusinos adolescentes praeceptis institutisque rhetoricae, alterum Patrem Orsattum, qui ciues suos bonis moribus imbueruet, et prima, si fieri posset, Collegii fundamenta iaceret, eique ad Patriam eunti anno 1658 Pater Nikel Supremus Societatis Moderator haec tradidit documenta, illum enim Ragusinae domui praefecerat:

1. Ubi primum appulerit, uisitabit magistratum, eique post mea obsequia, tradet litteras credentiales simulque insinuabit non esse mirum, si non plures aduenerint ad Collegium inchoandum, nec magistri ad erudiendam in scholis iuuentutem, cum prouinciae Societatis laborent in Italia penuria personarum, tum quia uiuente Innocentio X spatio quinque annorum nemo admissus fuit, tum quia

in Dominio Veneto recepta fuerunt quinque domicilia, quibus non paucis operariis prouidendum fuit.

2. Eodem modo uisitabit Archiepiscopum, cui post exhibitam causam aduentus proponet humiliter, supplicabitque pro licentia exercendi solita Societatis ministeria spiritualia.

(40) 3. Quoniam ex relatione Patris Canauli, qui ante biennium fuit Ragusae, intellectum est circa situm futuri Collegii nihil certi fuisse constitutum, et facile in hoc negotio opus erit auctoritate Reipublicae, et Magistratus, intelliget cum quibus tractari debeat, si quae puncta necessario tractanda erunt.

4. Diligenter considerabit, an locus aliquando destinatus à P. Canaulo pro situ Collegii opportunus sit an potius mutandus, id quod praecique nunc erit considerandum in templo quod dicitur nobis iam assignatum, et si retinendus erit, uideatur an à Republica impetratus sit assensus Apostolicus pro alienatione domorum, et aedicularum quorundam (sic) ad ecclesiasticos spectantium?

5. In electione situs uideat an sufficiens sit pro habitatione commoda nostrorum, templo et quinque scholis? Habitatio autem debebit esse capax sexdecim ad minus personarum praeter hospites et infirmos, et scholae debent esse iunctae Collegio.

6. Pretium situs emendi pro domo et templo facile ascendet ad summam quatuor uel quinque millium scutorum, cuius solutio nullo modo facienda erit cum diminutione capitalis donati a P. Marino pro fundatione, et dote, sed ex fructibus dotis; duo ergo erunt repraesentanda Reipublicae, primum ut sua auctoritate quod ad fieri potest, curet ne domini illius situs uendendi uidentes necessitatem emptoris, pretium augeant ultra iustitiam, alterum ut uenditores concedant conuenientem dilationem solutionis, et contenti sint pro rata fructibus compensatiuis, usque ad totalem pretū conuenti solutionem.

7. Redigat in memoriam Magistratui, P. Generalem staturum promissis de procurando, quantum in ipso erit, ut superiores pro tempore alienent bona stabilia, si quae forte Collegio relinquentur, supplicabitque Sanctissimo Domino nostro pro facultate ad id necessaria, quam et sperat se impetraturum. Proinde postulatur etiam, ut Respublica cautionem det ut nostri habere possint uillam suburbanam ad honestam recreationem.

(41) 8. Si necessarium erit aliquem contractum cum Republica aut aliis inire, semper adhibeatur clausula sub ratihabitione Patris Generalis.

9. Scribat ad Patrem Generalem, praesertim in his initiis, quoties se dabit occasio, et si quae erunt, quae postulent secretum, utatur cifra solita.

10. Habeat librum, in quo acurate notetur summa accepti et expensi, ut de omnibus reddere possit rationem suo tempore et in sumptibus modoque agendi consulatur aedificationi.

11 Denique si non acquiescent aequis conditionibus, ostendendum erit Societatem non teneri nunc ad Collegium inchoandum, cum multiplicatio extendi possit iuxta mentem fundatoris ad triginta annos, quorum desunt adhuc anni sex.

Romae 28 Februarii 1658.«

Aduentus in Patriam Patris Ragninae incredibilem omnibus laetitiam attulit, nec solum a Consanguineis, ac familiaribus perhumaniter exceptus fuit, sed etiam a populo, ciuibus, et ab uniuersa Republica quae quantum eius praesentia recreata est, hac epistola ad Patrem Nostrum conscripta significauit.

»Reu.mo P(ad)re.

»Quanto ardentemente desideriamo di uedere i Padri della Compagnia in questa città e nelle loro scuole istruirsi questa giouentù principalmente ne boni costumi e uirtuose discipline, e darsi principio all' erezione del Collegio per li futuri secoli, tanta consolazione ci arrecano le cortesissime lettere di V.P. Reu.ma, scorgendo l' istesso calore da parte sua nell' opera tanto proficua, e condisce il nostro contento il P. Orsatto Ragnina, il quale è stato da noi amoreuolissimamente accolto, et ha riportato dalle deliberazioni di questo Senato quelle soddisfazioni, che ha potuto desiderare, siccome dalle sue relazioni V.P. Reu.ma (42) doura sentire. Resta ora, che scommodandoci noi in congiunture tanto strette per compiacerla, in tutto quello che permette la possibilità, V.P. Reu.ma dia il compimento alla nostra brama col farci godere i frutti maturi di uedere le scuole in questa città dei P.P. della Compagnia per consolazione uniuersale di tutti, e per fine pregando a V.P. Reu.ma dal Sig.re Iddio l'effettuazione dei suoi santi desiderii le bagiamo la mano

Ragusa 7 maggio 1658

Affezionatissimi
Il Rettore e Consilieri
della Rep.ca di Ragusa.«

Primis quatuor annis P. Ragnina Ragusinae domus curam habuit, quo tempore plurimas et grauissimas difficultates superauit pro nouo fundando Collegio: uir enim erat magni nominis, et apud Senatum equestremque Ordinem summae auctoritatis. Sed non solum nostrum commodum in regimine procurabat uerum etiam alienum. Tempus quod ei a domesticis negotiis reliquum erat, totum in animarum salutem insumebat. Cum uero moderatoris munus quod ille grauisimum onus arbitrabatur, deposuit, totus in iuuandis excolendisque Ragusinorum animis fuit, pueros christianae religionis legibus ac praeceptis imbuebat, conciones ad populum habebat assidue, ex collatitia pecunia multorum subleuabat inopiam, aegrotos uisendo recreandoque humanissime solabatur, sacrasque uirgines ad uirtutem ac pietatem incitabat, dumque apud illas uerba faciebat (templum enim perexiguum Societas Ragusae tunc habebat) concurrebant matronae illum concionantem auditurae, sed corpore atque habitu ad modestiam parum composito, itaque ut eas ab immoderato uestium ornatu, et ab immodestia reuocaret, uerba quodam die coram eis faciens (43) uelo usus est, quo interposito eas

conspicere, atque intueri non potuit. Illae diuinam quandam in modestissimo ac prudentissimo Patre artem admiratae ad pristinum ornamentorum genus, et ad antiquam matronarum modestiam redierunt. Sed spatium unius ciuitatis uastissimum atque ardentissimum Patris Ragninae animum continere non potuit, qua propter ad finitimos populos, quos Turcicum iugum premit cum Episcopo Tribuniensi excurrebat, eosque innumeris calamitatibus oppressos recreabat, et diffidentes rebus suis nutantesque in catholica religione confirmabat. Sed nunquam melius dignosci potuit, quantum studium alienae salutis in Orsatto nostro ualuerit, nisi tempore dirutae a terraemotu ciuitatis. Iacebant undique semineces ac pene extincti ciues domorum templorumque casu oppressi, opemque uoce qua poterant implorabant, praesertim Sacerdotum ut per sacram anteactae uitae confessionem contractas animi sordes eluerent. His praesto erat Pater Ragnina nec solum Patriciorum, ac Nobilium, sed infima de plebe uirorum confessiones excipiebat, quo in ministerio dies noctesque insumebat, non sine ingenti prostratae urbis admiratione, quae eum Patrem Patriae appellauit. Dum haec a Ragnina agebantur in uulgarem hominem incidit, ruinis lapidibusque undique obrutum, quem cum ad peccatorum dolorem excitaret, doloris signa negabat, instabat Ragnina, eumque totis uiribus precabatur, ut in tanto uitae discrimine aeternae saluti prouideret. Sed nullis eum neque precibus flectere, neque rationibus mouere potuit ut externa doloris signa exhiberet; ne itaque absque dolore ex hac uita discederet, milites Orsattus conuocat, eisque mandat, ut hominem ruinis lapidibusque obrutum, tanta pernicie, tantoque periculo liberarent. Vt primum e ruinis euasit incolumis, interrogatus a Ragnina, quare externa doloris signa exhibere noluerit? respondit: Ego interno dolore angebar, sed eum consulto manifestare nolui, ne peracta confessione, me saxis inuolutum relinqueres (44) aliorum confessiones excepturus. Quot uiros impios in illo summo discrimine a flagitiis ad probitatem Ragnina reuocauit? Quot foeminas a libidine ad honestatem reduxit? Quot odia extinxit, quot furores sedauit ego uerbis referre pro dignitate non possum, neque ille prouinciam tam uberem ac copiosam deposuisset, nisi a Senatu ob summam eius castimoniam custos constitutus fuisset honestatis, atque integritatis sacrarum uirginum, quae a ruinis incolumes euasere, et Adriaticum profanis nautarum oculis expositae, nauigarunt. Haec castissima pignora perduxit Anconam una cum Archiepiscopo Ragusino Petro de Porres. Orsattus noster, dum Sacrae uirgines Anconae morabantur, ille Laureti poenitentiarii munus in sacra aede peragebat. Sed post sex menses iterum cum illis in Patriam nauigare coactus est. Testantur hoc litterae quas P. Oliua supremus Societatis moderator ad P. Franciscum Gundulam, qui tunc Ragusinae domui preerat dedit:

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

La mossa del P. Ragnina non è stata di assoluta mia deliberazione, hauendomi qui S. Santità mostrato gusto, che riaccompagnasse Monsig.e Arciuescouo. Per altro mi è riuscito graue il perderlo nella Penitencieria di Loreto, doue egli esercitaua con grande applicazione sua, e pari soddisfazione commune quel faticoso impiego, ne mai ho dubitato, che la bontà di V. R. sia per usarli ogni piu amoreuole accoglienza

Roma 7 gennaro 1668

Seruo in Ch.o
Gian Paolo Oliua.«

Ut primum Ragusam Orsattus peruenit, ad pristina Societatis munia se restituit, tum Senatui tum Archiepiscopo carus, non solum propter sanctitatis, sed etiam propter doctrinae laudem, eiusque consiliis Archiepiscopus assidue utebatur. Cum uero ad senectutem peruenerit, tantos aetate illa ingrauescente labores sustinere non potuit, qua propter ad consequendam (45) perfectam cum Deo coniunctionem animum applicuit, suamque uoluntatem ita ad Dei arbitrium accommodare studuit ut nec in grauissimis calculorum doloribus, quos ad extremum uitae tolerauit, ab eo ne latum quidem unguem discesserit, sed maximas tanquam pro accepto beneficio gratias Deo referens obiit Ragusae anno 1674 professus quatuor uotorum. Morienti patruo aderant ex fratre filii quos ille ad pietatem erga Deum, et mutuum erga se amorem hortatus est, cumque e conclaui tristes discederent, noua a patruo crastina die documenta (ut aiebant) accepturi, respondit, haec sunt extrema patrui uestri documenta, haec seruate, et alte memoria retinete. Effigiem Patris Ragninae refert senior ex tribus Sanctis Martyribus Iaponensibus, qui in ara sacelli huius domestici conspicitur.

P. Vincentius Ballachi.

P. Vincentius Ballachi suam ex Insula Media traxit originem ubi Ballachiorum familia fortunis atque opibus olim uiguit, sed Ragusae natus est circa annum 1620.[28] Puer scholas Societatis frequentauit, in quibus ingenii ac pietatis specimen praebere coepit. Adolescens Caprinum nostrum humaniores litteras docentem audiuit, et ab eo terrenas voluptates contemnere edoctus, statuit religiosum aliquem Ordinem inire, in quo leges moresque adhuc in prima aetate incorrupti florerent. Ex tot sacris Ordinibus prima illi occurrit Societas Iesu, quam ille propter mores incorruptos, et integram legum custodiam potissimum selegit, uotumque quod mente concepit Caprino aperuit, eique ut sibi uiam ad Societatem aperiret, supplicauit. Exorata a moderatore Prouinciae facultate adeundi Romanum Tyrocinium, patriae et parentibus ualedicere quam primum decreuit, cumque ad Urbem proficiscens ad patris pedes sese abiecerit (46) bonorum deprecationem impetraturus, ingentem lacrymarum copiam fudit moestissimus genitor, unico enim filio quem ex honesta uxore susceperat, se priuabat. Cum primum Vincentius Romam peruenit et praecipua, ac celeberrima Urbis templa aliaque loca sanctissimis olim religionibus consecrata obiuit, a Ioanne Paulo Oliua tyronum magistro in conclaue, ubi nostri ru-

dimentum ponunt, primumque sese Societati probare instituunt, inductus est. Sub ipsum religiosae uitae exordium nihil antiquius habuit Ballachius, quam ut se ad leges moresque Tyrocinii componeret,iisque adeo se accommodauit, ut quamuis ibi uniuersis tyronum muneribus fungeretur, nulli unquam in rebus ab eo gestis obseruare licuerit, quod a perfecta uiuendi regula aberraret. Omnem praeterea diligentiam in ueris acquirendis uirtutibus adhibuit, qua propter magna in eo fuit animi demissio, studium orandi assiduum, uehemens alienae salutis desiderium, aspera corporis tractatio, ac seuera sensuum custodia. His uirtutibus ad consueta Societatis uota nuncupanda se comparauit, quibus nuncupatis longe etiam studiosior et ardentior in omnibus pietatis officiis euasit. Exacto laudabiliter in domo Sancti Andreae biennio ad Collegium Romanum se contulit, ut consuetis rhetoricae ac philosophiae studiis operam nauaret, tantaque ingenii laude utrasque facultates assecutus est, ut philosophicas theses, non sine audientium admiratione, propugnauerit, et humaniores litteras in plurimis Romanae Prouinciae Collegiis ingenti discipulorum utilitate per quad(r)iennium docuerit. In theologia auditor fuit Sfortiae Pallauicini uiri tum doctrina tum purpura clarissimi; absolutisque huius facultatis studiis tantam ingenii aestimationem apud eos, qui de illo sententiam tulerunt, promeruit ut dignus habitus sit, qui superiores scientias publice profiteretur. Ad tertium Tyrocinii annum missus, summo studio atque industria usus est, ut charitatem in Deum ac homines, in qua omnis Christianae uitae perfectio sita est, augeret. (47) Dominumque deinceps ita amabat, ut prae illo non solum honores, uoluptates, ac diuitias, sed uitam ipsam nihili duceret; et quoniam acerbissima Christi mors pro salute humani generis oblata Vincentio semper obseruabatur, (Sic quidem in autographo, recte autem: o b u e r s a b a t u r.) uicissim ille pro Christo per summos cruciatus in remotissimis terris apud populos mysteriorum fidei ignaros mori cupiebat; sed eius discessus in dissitas regiones a moderatoribus fuit retardatus. Viterbium enim missus fuit ut illud doctrina ac praedicatione excoleret, quod ab illo egregie praestitum fuit, in qua urbe se dominio bonorum omnium obdicauit, et domum, quam tunc Societas Ragusae habebat haeredem ex asse instituit (300 ducat:) Paucis annis Viterbii commoratus, non sine ingenti ciuium dolore ex ea urbe discessit, et primo Ragusium, deinde Constantinopolim se contulit, ubi paulo post a suo in eam aduentu solemnem quatuor uotorum professionem emisit. Amplissimum Bizantii campum suis laboribus excolendum Vincentius inuenit, plures enim christianorum in urbe uitiis et flagitiis plèna uiuebant more Turcarum sine pudore ac uerecundia; hos Ballachius a turpitudine ac libidine reuocare conabatur, plures etiam, ut uoluptatibus ac genio liberius indulgerent, a catholica religione defecerant, quos ille ut ad pristinam germanamque fidem reduceret die nocteque laborabat. Sed praecipua Vincentii cura fuere christiani illi, qui in bello capti in Turcarum potestate detinebantur; hos

ille inuisebat assidue, afflictos recreabat, pauperes uel potius egenos subleuabat, et diffidentes rebus suis, nutantesque in auita religione confirmabat; cumque multi ex illis pestilenti morbo laborarent, ex duturna uiuendi consuetudine et assidua cum eis familiaritate, etiam ille peste correptus fuit. Non expalluit Ballachius ad mortis uicinae aspectum, sed morbum quo tenebatur, ueluti singulare a Deo beneficium accepit, immortales ei gratias agens, quod uitam pulcherrimo hoc mortis genere honestare, et pro captiuis profundere posset. Sed Deus optimus maximus, qui Vincentium ad (48) Patriae dolentis solatium destinauerat, e mortis faucibus eripuit, et pristinae restituit sanitati. Ille sanitati redditus ad consueta charitatis munia se recepit. Ragusium interim anno 1667 maximo illo terraemotu concidit, urbsque sacrorum operariorum ministerio orbata sacerdotum confessariorumque opera uehementer indigebat, qua propter Ballachius Constantinopoli ab Oliua ualedicere iussus Ragusam properato se contulit, patriaeque semisepultae, et adhuc lapidibus obrutae auxiliatrices manus porexit. Incredibile dictu est quantum utilitatis ac commodi ab eo Ragusa accepit, non solum Patriciorum, ac matronarum, sed infimae plebis uirorum ac muliercularum salutem procurauit donec anno Iubilaei a moderatoribus Romam accitus ius exercuit in templo Apostolorum Principis poenitentium reorum noxas cognoscendi remittendique; sed biennio non dum expleto ob infirmam ualetudinem poenitentiarii ut uocant munere, functus est, et Ragusam iterum missus, ut in natiui aeris salubritate amissam sanitatem recuperaret. Sed nec natiui coeli temperies, nec medicorum industriae, nec populi lacrymae, nec uniuersae ciuitatis uota illum ad coelum post tot tantosque exantlatos labores euntem retinere potuerunt. Obiit Ragusae die 29 Aprilis 1676.[29] Eius obitum uehementer doluit P. Oliua, et mortuum summis laudibus prosecutus est in epistola, quam ad P. Franciscum Gundulam dedit Ragusinae domus moderatorem:

»Con mia grande amaritudine d' animo intesi la perdita fatta costi del P. Ballachi, la cui esemplare uita ci ha tutti sempre edificati etc.«

Plura Ballachium opuscula scripsisse, ac typis edenda curasse auctor est Ignatius Georgius Abbas Melitensis, olim Societatis Iesu, in epistola ad Millium, in (49) qua sic habet: »Il P. Ballachi Gesuita ha fatto stampare uarie sue dotissime operette.« Extat:

L' Istruzione per conoscere la uera Fede, e legge di Dio scritta dal P. Vincenzo Ballachi della Compagnia di Gesù e stampata in Napoli per Luca Antonio Fusco 1662.[30]

P. Nicolaus Pierius.

P. Nicolaus Pierius natus est Ragusii anno 1622.[31] Is adhuc adolescens a Vincentio patre ciue honestissimo ac uiro satis locuplete Neapolim missus fuit, ut in nobilium Collegio sub cura Patrum Societatis, et moribus christiano homine dignis, et litteris imbueretur. Nicolaus in eo loco, et mores ad omnem pietatem aeque ac

urbanitatem compositos induit, et humaniores litteras ac liberales disciplinas adeo didicit, ut ingenio, quod a natura praestantissimum acceperat, palmam adolescentibus suae aetatis praeriperet. Gaudebat pater isto tam excellenti filii bono, sperabatque maximo illum praesidio aliquando familiae fore, atque ornamento. Sed Nicolaus diuersa uoluebat animo, inerat enim suae menti consilum ualedicendi rebus omnibus, et Tyrocinium Societatis ingrediendi; qua propter certiorem per litteras patrem facit se religiosae uitae amore teneri, animumque ad Societatem ineundam adiecisse, precarique, ne quam inferret moram, quo minus quantocyius perficeret quod Deo auctore constituerat. Pater qui inter liberos alium non habebat marem, nulla ratione induci potuit, ut filio assentiretur; monet igitur, datis etiam ad Rectorem Collegii litteris, ut quam primum in patriam Nicolaus reuertatur, seque sibi peritisque in eo negotio uiris, maxime religiosis, probandum offerat. Ille ut patri morem gereret Ragusium uenit, ubi interrogatus, multisque probatus experimentis, in pio sanctoque proposito incredibili animi constantia permansit. At frustra: (50) nullam enim a patre abeundi facultatem obtinere potuit nunc his, nunc illis detentus impedimentis. Cum igitur Nicolaus animaduertisset uerba sibi dari, statuit libertatem fuga quaerere. Conducta igitur Epidaurensi nauicula, eam clam ad Dancias, quae non longe a Ragusina ciuitate distant, conscendit, et prospera nauigatione in Apuliam defertur, neque ille in hac re patri minus audiens fuit; posthabita enim illius uoce, diuinam ut aequitas, et recta ratio postulat, secutus est. Inde Neapolim se contulit, statimque Societati Iesu, quam diu desiderauerat, nomen dedit.[32] Post biennium in quo pietatem impense coluit primo optimarum artium studiis se tradidit, deinde superioribus facultatibus in quibus eximius euasit rhetor, philosophus et theologus. At uero expleto in audiendis et tradendis scientiis curriculo, munus sacri oratoris suscepit, ad quod natus quodamodo, atque educatus a natura uidebatur. Illius uultus, uox, motus, gesticulatio audientes uehementer oblectabat. Accedebat ad haec idoneorum uerborum copia, et grauium sententiarum accomodatio, multaque ab eo, cum grauitas orationis postularet, uehementissima contentione, animi, ingenii, uirium dicebantur. Fertur aliquando Neapoli uerba faciens de aeterno impiorum hominum supplicio, ita plurimos ex auditoribus commouisse ac perterruisse, ut nemo ex his, nisi confessione delictorum peracta, e templo discederet. Cum Vincentius pater hanc honestam, atque laudabilem uitae rationem Nicolai filii intelligeret, moerorem si quem habuit, ex eius inexpectato in ipsa iuuentutis flore discessu, deposuit, et summas Deo gratias egit, quod pater tanti filii diceretur, optauitque quam maxime eum praesentem cernere, eius uultu frui, et cum eo sermones miscere, qua propter datis pro hac re ad supremum Societatis moderatorem litteris ab eo impetrauit ut Nicolaus Venetias se conferret ubi ille infirmis uiribus, et senio iam confectus degebat. Graues discordiae iam pridem exortae erant inter Paulum quintum Pontificem Maxi- (51) Maximum et Rempublicam Venetam, quod haec, non contenta sui iuris, Ecclesiae iura ad se auocauerat. Monuerat illam Pontifex, ut usurpatam Ecclesiae auctoritatem restitueret, sed illa falsa Pauli Soaue doctrina freta noluit Pontificiis monitis obtemperare; tunc ille totam Venetorum ciuitatem Ecclesiastico interdicto subiecit. Iniustam Pontificis sententiam Respublica rata exilium è finibus Venetis comminata est iis, qui decretis Pontificis obtemperarent. Tunc Patres Societatis è Veneta ditione, quot quot erant, discesserunt, et templa, domos, praedia consanguineos, familiares, et quicpuid iucundi, quidquid cari, quicquid pretiosi erat pro tuenda Ecclesiae Summorumque Pontificum auctoritate relinquere non dubitarunt. At quamuis Nicolao nostro ad Vrbem Venetam accessus interdictus erat, ille tamen mutato habitu patris uisendi causa Venetias se contulit, sed patrem alloqui non potuit, paucis enim diebus ante suum in eam urbem aduentum, e uiuis excesserat. Nicolaus salutatis consanguineis ex aduersa ciuitate discessit, et Neapolim se restituit. Interim Ragusium improuiso terrae motu concidit. Deerant tunc Sacrorum ministri, deerant sacerdotes, qui dolentium reorum crimina audirent, desiderabantur sacri oratores, qui nefarios homines praedicatione deterrerent, et bonos in sancto proposito confirmarent; qua propter P. Franciscus Gundula, qui id temporis domui Ragusinae praeerat, miseram Pierio Patriae conditionem per litteras significanit, eumque precatus est, ut ciues suos praesentia recrearet, et diuinis praeceptis institutisque informaret. Pierius infelicem ciuium suorum sortem commiseratus, Ragusium ex Apulia, annuente Oliua, nauigauit anno 1669. Ab omnibus perhumaniter exceptus fuit, prasertim a matre, à qua uocatus ad prandium, ire noluit. Cum uero miseram (52) Patriae conditionem, quam ex litteris intellexerat, oculis spectaret, ciues adhuc moestos solari adiuuare lites inter ipsos componere, ad Senatum populumque Ragusinum conciones de rebus diuinis habere cum ingenti audientium utilitate, et Patriciorum approbatione, apud quos semper plurimum ualuit. Laudatorem etiam suarum concionum habuit P. Oliuam, quod palam fit ex hac epistola, quam P. Francisco Gundulae scripsit an. 1671.

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

P. C.

È piu che mai douuta nelle presenti circonstanze l'assiduità del nostro seruizio à cotesta si qualificata Città la quale ancora concorre ad'onorarlo con dimostrazioni di si cordiale gradimento. A V. R. dunque per l'opera in cio prestata rendo le piu affettuose grazie, et insieme à cotesti Padri, ma singolarmente al P. Pieri, che nella fatica straordinaria delle sue prediche ha si ben meritata la soddisfazione pubblica, et incontrato proporzionalmente il mio gusto

D. V. R.

Roma 1671

Seruo in Cho
Gian Paolo Oliua«

Sed cum iterum Pierius ad Senatum Populumque Ragusinum diceret, in morbum incidit, quo sub exurialium (e s u r i a l i u m) feriarum finem extinctus est an: 1677 professus quatuor uotorum, aetatis suae 55.

P. Franciscus Gundula.

P. Franciscus Gundula Patris Marini, Collegii Ragusini Parentis atque Auctoris, non ex fratre, sed ex sorore filius natus est Ragusae prope annum 1620.[33] Ex auunculo pietatem erga Deum, et amorem erga Societatem didicit, in quam à P. Francisco Piccolominaeo tunc Romanae prouinciae moderatore admissus fuit anno 1636.[34] Quatuor eo tempore Ragusini iuuenes ad uirtutes informabantur in Tyrocinio Sancti Andreae à P. Ioanne Paulo (53) Oliua praeceptore: Franciscus nempe noster, Ioannes et Petrus Lucari germani fratres, et Ioannes Gozzeus, quorum duo postremi relicta Societate in Patriam reuersi sunt, et alter Stagnensem rexit Ecclesiam, alter primas in Republica sustinuit dignitates, Franciscus expleto Tyrocinio rhetoricae primum, deinde philosopliae in Collegio Romano operam dedit. Humaniorum litterarum magister renunciatus, eas per quadriennium docuit, quo tempore inexpectatum Patris Marini auunculi sui funus incredibili animi dolore intellexit. Absoluto magisterio theologicis studiis uacauit, in quibus non mediocriter profecit; solemnem enim ut aiunt, quatuor uotorum professionem emisit. Postea praefuit Setino, deinde Ausculano, tum Tudertino Collegio, demum Ragusinae domui, non dum enim Societas Collegium habebat Ragusii; ille tamen prima eius fundamenta iecit anno 1662 Fratre Seraphino Societatis Iesu, architecto non ignobili, qui prius eius formam descripserat, sed propter loci angustias, domorumque frequentiam neque satis ampla, nec magnifica; cum uero anno 1667 tota Ragusina ciuitas maximo terraemotu conquassata eiusque aedes dirutae fere omnes ac prostratae fuerint, incoeptum etiam à P. Gundula aedificium quadrato saxo constructum, ubi nunc est coetus sodalium Virginis ab Angelo Salutatae, subito casu concidit, non tamen animus Patris Gundulae, sed in extrema totius urbis calamitate ac summa rerum omnium perturbatione animos Senatorum, qui a ruina superstites erant, erigere, populum ut Reipublicae fidem seruaret, commonere, omnes ut anteactae uitae crimina detestarentur et diuinam opem implorarent, exhortari, nullique parcens labori calamitoso illo prostratae urbis tempore totus fuit in subleuandis aliorum miseriis, confessionibusque excipiendis, tantamque aestimationem sacris ministeriis, et assidua corporis animique defatigatione promeruit, ut etiam laudatorem suorum recte factorum Patrem (54) Ioannem Paulum Oliuam supremum Societatis moderatorem semel atque iterum habuerit:

»Molto Reu. do Pre in Ch.o.

P. C.

Con quante lacrime sano state da me piante le calamità di una si pia e cristiana Republica, come é cotesta, ne le possono far fede i PP. Prodanelli e Lucari, i quali hanno udito i miei treni, e sanno la moltetudine de sacrifici, con cui ho procurato di suffragare alle anime de Defonti sotto l' eccidio; ne meno, anzi con maggior tenerezza ho compatito la Reuerenza Vostra, e tutti gli altri per i grandi patimenti, che hanno incontrato. Giudico tutta uia che ella con gli altri rimasti non debba negare alla Città i soccorsi spirituali, mentre i nobili con si lodato esempio di pietà uerso la Patria, non hanno uoluto abbandonare il gouerno temporale, ancorche fosse allora maggiore il rischio delle loro uite. So certo che il suo zelo non sara punto lontano da questi dettami, onde senza piu mi raccomando ne suoi santi sacrifici.

D.V.R.

Roma 28 maggio 1667

Seruo in Ch.o
Gian Paolo Oliua.«

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

Scorgo in questa ultima di V. R. dei 15 del caduto appunto quegli effetti, che io mi prometteua della sua uirtù, e quei sensi, che sono propri di un uero figliuolo di S. Ignazio, come ella è, ne la ringrazio per cio col piu intimo del cuore, non hauendo potuto V.R. operare ne con maggior generosità, ne con maggior zelo. Approuo per tanto, che una si degna Città non si obbandoni in si gran bisogno, e non dubito che Iddio le assisterà con particolar protezione, mentre si è posta nelle sue mani, consecrandosi al publico benefizio.

D.V.R.

Roma 11 giugno 1667

Seruo in Ch.o
Gian Paolo Oliua«

(55) Sedata illa grauissima tempestate, pacatisque rebus urbis animum ad Collegium construendum applicuit Gundula noster, cumque ingens domorum ruina uacuam urbem effecerit, spatiumque aedificiis latius praebuerit, mutata ueteri forma, ampliora Collegii iecit fundamenta, sed plures exortae difficultates illum ab opere incoepto retardare uidebantur; ille tamen omnes gratia, atque auctoritate Senatus superauit, maxime enim Senatoribus acceptus erat, tantaque cum eis utebatur familiaritate, domi, in uiis, in foro, ut etiam illum, et uirum religiosum, et Senatorem credidisses, quae uitae ratio minime coeteris Patribus probabatur. Constructo per Gundulam Collegio usque ad scalas, quae ad Orientem uergunt, omnes ab eo praesertim uiri nobiles intempestiue, ac moleste postulare coeperunt, ut Patrum Magistrorumque numerus ad commodum urbis, et iuuentutis utilitatem augeretur. Quod cum Gundula Patri Oliuae Supremo Societatis moderatori per litteras retulerit, responsum accepit, illum in animo statuisse, tam Patres, quam Magistros ex Collegio Ragusino non dum absoluto in Italiam reuocare, Collegiumque operariis omnino uacuum relinquere, si nouae à Ragusinis molestiae, ac intempestiuae fierent postulationes. Supersedere ad haec Ragusini a Gundula nouos operarios ac magistros postulare, scie-

bant enim quid Recinetensibus, quid Spoletinis similia ab Oliua postulantibus, acciderit, in animo tamen habebat Gundula Patrum aliquando, ac Magistrorum numerum augere, et nouum Collegium ad normam coeterorum conformare, in quo et munia omnia Societatis exercerentur, et ea commoda Patres ac Magistri haberent, quibus coeteri in Societate uiri perfruuntur. Rus propterea iucundum, atque amoenum exquirebat ubi Patres caloribus confecti uires reficerent et Magistri (56) studiis defatigati animos relaxarent. Peruetusta ac nobilis Georgiorum familia, quae superiori saeculo extincta est, singulari amore Patres Societatis prosequebatur, cumque hi id temporis, nec fixum Ragusae domicilium, nec prouentus certos haberent, singulis annis certam eisdem pecuniae summam pendebat, ut in Patriae utilitatem, et animarum salutem ali possent; cumque auctor huius beneficii ex hac uita discessurus esset, in ultimis tabulis haeredi mandauit, ut eandem pecuniae summam quotannis Patribus Societatis solueret, donec certum uectigal prouentusque ad uiuendum necessarios compararent. Haeres uero pecuniam Patribus ultimis tabulis creditam ad diem non soluit, pretiumque quotannis non solutum, adeo excreuit ut ingentem pecuniae summam effecerit. Rus amoenum Georgianae familiae idem haeres Grauosae possidebat, moenibus clausum, in quo domus Septentrionem spectans, extructa erat, sed graui illo terraemotu labefactata, concidit. Hoc rus Gundula fauore legis municipalis pro pretio non soluto occupauit, locumque honestae animi relaxationi, et Patrum Magistrorumque rusticationi attribuit, in quo postea P. Raphael Tudisius domum satis amplam ac commodam extruxit. Grauosanam uillam. quae eo tempore perangusta erat, Ioannes Baptista Ptolomaeus, qui deinde à Clemente XI. purpura donatus est, frequentauit cum bonarum artium Magister Ragusinos iuuenes praeceptis institutisque rhetoricae informaret, quo tempore luculentam habuit orationem de laudibus Nicolai Bonae qui difficillimis Reipublicae temporibus primum ad Bosniae Proregem hostem Ragusinorum infensissimum legatione sponte pro patriae incolumitate suscepta profectus est, deinde ab ipso per uim in Silistriam ad Turcorum Imperatorem missus, ibi diuturno in carcere catenatus obiit. Quis ferreae illius (57) aetatis memoriam sine lacrymis prosequi ualeat? Cum supremus Othomanicae Aulae Visirius, approbante Turcarum Imperatore, Ragusinam Rempublicam opprimendam censuit, falsis ei obiectis criminationibus, praesertim, quod grassante Cretensi bello ea Venetis praestiterit auxilia, quae graui castris obsidentibus damno fuerint. Squallebat Senatus, moerebat equestris Ordo, ciues nimio terrore perculsi extremam perniciem expectabant. Hos P. Gundula ea oris facundia eaque animi fortitudine, qua tempore urbis terraemotu dirutae, erigebat, et diffidentes rebus suis confirmabat, cumque apud Turcas omnia esse uenalia probe sciret: mille ducatos ex annuis huius Collegii redditibus à P. Oliua impetrauit, quos Senatui dono dedit. Quod haec epistola, ab Oliua Gundulae scripta, comprobat:

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

P.C.

Nella pouertà da me professata niente altro può dispiacermi, saluo che l' impotenza di souenire quanto uorrei, à chi tutto merita; conoscendo dunque quanto ineguale al merito di cotesti Eccel. mi Signori sia stata la tenuità del mio tributo, non posso appagarmi di esso, ne debbo attribuire ad altra cagione, che alla loro gentilezza l' umanissimo gradimento, con cui si sono degnati di onorarlo, e me le raccomando etc....

Seruo in Ch.o
Gian Paolo Oliua.«

Hanc summam pecuniae Senatus, ingenti auri atque argenti copiae ex aerario publico pene exhausto, et ex templis rebusque sacris non tamen sine Pontificis auctoritate collectae, addidit, et sic extinctam fere libertatem ab hoste pecuniae plus nimium cupido recuperauit et auitam in urbe religionem conseruauit. Ad Pa(58) Patriae commodum uidebatur natus P. Gundula; omnem enim industriam adhibebat, ut calamitates, atque aerumnas ab illa depelleret, eamdemque opibus tam diuinis, quam humanis cumularet, tantoque amore eam prosequebatur ut illi semper adesse uellet, ex eaque nunquam discessisset, nisi a moderatoribus Romam fuisset accersitus. Causa sui ad Urbem itineris fuit Franciscus Gundula eiusdem Patris Gundulae ex fratre filius, qui omnes suae aetatis adolescentes, et uitae innocentia, et ingenii magnitudine longe superabat. Hic spretis Reipublicae dignitatibus, et paternae domus deliciis, cuius unicus superstes erat, patrui sui uestigia relegere, et Societati Iesu nomen dare uehementer cupiebat. Votis sanctissimi adolescentis non nulli ex consanguineis acriter obstabant eumque ab ingressu Societatis blanditiis praesentium uoluptatum retardabant, quo in negotio timide remisseque se gerebat P. Gundula. Quod cum Patres Collegii Ragusini ad moderatores detulerint, ab his Romam Gundula uocatus est, ut rationem negligentiae suae redderet. Proficiscenti ad Urbem plura ei Senatus dedit negotia:

»Il Rettore della Republica di Ragusa
col suo Consiglio di Pregati

Ancorche si giudichi da noi souerchio ogni ricordo, che se le possa dare con l' occasione della sua andata à Roma, essendoci molto ben noto l' affetto che V.R. porta à questa sua Patria, le di cui angustie le sono notissime, tutta uia per non mancare al debito impostoci da S.D.M. di conseruare questo dominio à benefizio anche della sua santa Chiesa dobbiamo dire, che preghi in nome nostro il P. Preposito Generale, che uoglia passare efficace ufficio con S. Beatitudine à fauor nostro supplicandola, che si compiaccia (59) raccomandare caldamente ai Principi Collegati la quiete di questa Republica, accioche nella commozione di tante armi che forse si sentiranno in queste uicinanze, resti illeso questo Dominio, ne risenta quelle molestie, che altre uolte ha sofferto per gli insulti di milizie troppo licenziose....

V.R. poi non manchi, e nei discorsi che hauera col P. Gnele e con ali altri di significare la nostra infinita diuozione che sincerissima professiamo uerso gli interessi della Cristianità. Caso poi, che ella fosse introdotta ai piedi di S. Santità, esporra tutto cio, che se gli è detto....

Si contenti V.R. di procurare un Indulgenza Plenaria perpetua per il giorno dei 6 di Aprile, la cui memoria sempre funesta si conseruara qui perpetuamente; di questa Indulgenza si preualera questo popolo in ringraziamento à Sua Diuina Maestà, che habbia uoluto, dopo un accidente tanto portentoso preseruare questa Republica nella sua liberta, et il Signore l' accompagni.

Ragusa 7 aprile 1684.«

Gundulae deinde Romae commoranti Senatus has litteras scripsit in funestissimo obitu Sebastiani Gundulae consanguinei sui:

»Molto Reu.do P.re.

Non potiamo se non con nostro infinito rammarico ragguagliare V.R. del doloroso accidente succeduto qui li giorni passati. Hauendo hauuto l' auuiso, che li nostri Ambasciatori erano di ritorno qui uicino, habbiamo uoluto mandarli incontro per scortarli, e sottrarli da qualche insolenza dei Haiduchi un buon numero de soldati; Con questi uolle spontaneamente accompagnarsi il Sig.e Sebastiano Gondola suo nipote, desideroso di incontrare il fratello, e uederlo à capo di due anni. Appena usciti i nostri dal confine nostro, furono all' (60) improuiso assaliti dai Haiduchi, che li stauano attendendo in un agguato in numero di piu di ducento. Con le archibusate furono ammazzati 6 de nostri e molti feriti, et il resto posto in fuga. Il pouero Sig.e Sebastiano dopo hauere procurato in tutte le migliori maniere di acquietare i malandrini, da questi fù condotto ad' Ossonich, doue appena arriuato fù proditoriamente a sangue freddo, et à buona fede ferito di dietro con una archibusata da uno dei Haiduchi. Al sentirsi ferito inuocò il nome di Gesù, e fattosi leuar da cauallo fu lasciato agonizante. Occorse il parroco di quel luogo, e confessatosi da lui, li fù portato il SS.o e communicatosi, e riceuuta l' estrema unzione, tutto rassegnato in Dio rese l' anima al Creatore. Al pari di nostra afflizione, sappiamo che sarà il cordoglio di V.R. interessata tanto nella persona d' esso qdam (= quondam) Sig.e Sebastiamo, e per il publico, e per il priuato riguardo.... e il Sig.e la prosperi.«

Postquam P. Gundula crimen si quod erat in Urbe diluit coram P. Noyle, supremo totius Societatis moderatore, ab eodem in Patriam rediens, et nomen et formam Collegio Ragusino obtinuit. Itineris comites Gundulae additi sunt P. Clodius, primus collegii Ragusini iam numeris omnibus absoluti Rector, Philippus Azzius et Ioseph Stagnetti, quarum primus humaniores litteras et rhetoricam, alter grammaticam Ragusinos per biennium docuere. Patriae Gundula restitutus ab omnibus festiue, praesertim a Senatu exceptus

est, sed Ragusina ciuitas eius aspectu diu frui non potuit; post paucos enim ab aduentu dies in grauem morbum incidit, in quo magna uirtutum praebuit indicia. Morti iam proximus selectas ex sacris paginis preces recitabat, illaque Regii Vatis uerba usurpans: Tu es qui restitues haereditatem meam mihi, obiit Ragusae an: 1684.

(61) P. Raphael Prodanellus.

P. Raphael Prodanellus natus est Ragusae anno 1613. Pietatem à pueritia colere coepit. Adolescens humaniores litteras à Camillo Gorio, et Ignatio Tudisio Societatis nostrae uiris, didicit, ex eorumque consuetudine, ac familiaritate Societatis amore captus est, et quamuis suae familiae nouissimum germen, atque unicus superstes esset, patrimonium suum tribus sororibus reliquit, et Romae Tyrocinium nostrum ingressus est, quarum duae eius exemplum imitatae in sacrarum uirginum Collegio castimoniam Deo dicauerunt, tertia in Tudisiorum familiam collocata mater Raphaelis Tudisii fuit, qui auunculi sui uestigia secutus est. Prodanellus in ipso religiosae uitae exordio corpus suum in seruitutem redigere coepit, qua propter plura eius domandi instrumenta à Magistro flagitabat; ille ut adolescentis feruori aliquid daret, quo aleretur, nonnulla concedebat, plura tamen supplicia, habita uirium ratione, negabat. Maiori tamen diligentia Raphael noster utebatur, ut immoderatos animi motus ad rationis nutum componeret, eosque ita composuit, ut domiti ac pene extincti uiderentur. Summo illi ad hoc adiumento erant mores quidam suaues, et ad omnem comitatem facilitatemque procliues, ob quos omnibus semper carus fuit, atque iucundus. Deiparam non solum diligebat, uerum etiam amabat, et Societatem summa beneuolentia prosequebatur, de eaque ita alte sentiebat, ut illam non solum patrimonio, quod discedens e Patria sororibus reliquit, uerum etiam im(62)immensis opibus, honoribus, magistratibus atque ipsi dominandi potestati anteferret. Tot tantisque iurtutibus Prodanellus insignitus expleto Tyrocinio consueta de more Societatis uota nuncupauit, et per biennium humanioribus litteris in Collegio Romano excultus est. Philosophiae deinde operam dedit. Absoluto feliciter huius facultatis curriculo, incredibili laetitia prouinciam docendi iuuenes humaniores litteras suscepit, illamque per quadriennium ea discipulorum utilitate sustinuit, ut multi ex eius praeceptis institutisque, non solum humaniorum litterarum, sed honestatis, ac pietatis fructum perceperint. Theologicas aggressus scientias toto studio ad hanc diuinam facultatem incubuit; sciebat enim ac probe intelligebat, ad animarum salutem procurandam perutilem esse ac necessariam. Cum primum Theologiam absoluisset, Ragusinam nauigationem una cum P. Marino Gundula suscepit. Nauigationis causa haec fuit.Extincto Marini genitore, quicquid ei ex paterna haereditate obtigit, totum Marinus Mutio Vitellesco supremo Societatis moderatori pro Collegio Ragusae construendo obtulit, ut à nobis dictum est cum de Marino ageremus, et quamuis uniuersa Ragusina ciuitas nouo aedificando Collegio uehementer gauisa fuerit, breui

enim sperabat se in eo Patres Societatis uisuram à quibus et ciues bonis moribus, et iuuenes praeclaris artibus imbuerentur, tamen plures exortae in Senatu difficultates aedificationem retardabant. Has Marinus cum Ragusinae domui praeesset saepius conatus est dissoluere, sed frustra: Patriam itaque (63) ciuesque suos, qui sua bona ignorabant, reliquit, et rebus turbatis imperfectisque in Italiam profectus est; at uero ubi primum spes aliqua res turbatas componendi, et imperfectas terminandi affulsit, Marinus a Vincentio Caraffa tum supremo Societatis moderatore Ragusam missus est, eique comitem addidit P. Raphaelem nostrum, uirum magnae apud Ragusinos auctoritatis (erat enim ex Senatorio Ordine, et plures ex Patriciis habebat sibi sanguine coniunctos, qui primos in Republica magistratus sustinebant). Sed Marinus in longa nauigatione graui correptus febri in portu Sanctae Crucis summo totius ciuitatis moerore ex hac uita discessit; Prodanellus uero ad componenda cum Senatu domestica negotia animum adiecit; sed cum omnes conatus irritos uideret, post sex menses ab obitu Patris Marini in Italiam nauigauit, et Romae se restituit. Ex Urbe Setiam profectus est, ubi tertium Tyrocinii annum ingenti salutaris uitae fructu absoluit, quo absoluto Romam reuersus, onus a P. Cassio prae senio depositum sustinuit, et in templo Apostolorum Principis poenitentiarii, ut uocant, munus, diu exercuit, quo tempore innumeros nou solum ex Dalmatia confluentes, uerum etiam ex uniuersa pene Italia, a libidine ac flagitiis ad continentiam, ac honestatem reuocauit. Interea ad supremum Societatis regimen P. Ioannes Paulus Oliua euectus fuit, domumque Sancti Andreae, ut aëre salubriore frueretur, incolere coepit; ad hanc è poenitentiariorum aede Prodanellum uocauit, illum enim à confessionibus elegerat, eundemque ministrum, ut aiunt, eidem domui praefecit, quibus in muneribus plures annos exegit, Oliuae satis acceptus, propter eius sin(64)gularem prudentiam, tantique eum Ioannes Paulus faciebat, et cum ab illo Comes Stabilis Columna confessarium pro liberis postulasset, non alium, nisi suum ipsum Prodanellum assignauerit. Multa ab Oliua Raphael dona accepit, quae ille Tudisio suo misit, eaque modo in Collegio Ragusino asseruantur, praecipua sunt, telescopium, quo coelestia corpora conspici eorumque moles ac magnitudines dignosci possunt, sphaera inaurata, libri plurimi ab Oliua in lucem editi. Cum uero Prodanellus aetate ingrauescente onus ministerii sustinere non posset, illud ad moderatorum nutum deposuit, curisque uacuus (nam etiam Oliua è uiuis excesserat) reliquum uitae spatium in pietatis operibus, ac rerum coelestium contemplatione consumpsit, immortales Deo gratias agens, quod ultimus e gente sua in Societate occumberet. Obiit octogennarius in domo Sancti Andreae, quatuor uotorum professus.

P. Nicolaus Bosdarius.

P. Nicolaus Bosdarius natus est Ragusae anno 1642[35] in domo diuitiis atque opibus locuplete ex Lucretia Michaeli foemina satis

honesta, at ille delicias, ac commoda, quibus in opulenta domo uti poterat, respuens, litterarum studiis uehementer delectabatur; praeclaro enim ingenio erat praeditus. Expleto anno aetatis decimo sexto serio secum ipse cogitare coepit, quae uitae ratio sibi esset ineunda, [gotovo sedam redaka precrtano] (65).... tandem Societati Iesu animum adiecit, nostrumque Tyrocinium Romae ingressus est anno 1656.[36] Tyrocinio adscriptus tyronum uirtutes induit, modestiam animi demissionem, amorem erga Deiparam, et studium non suae solum, sed alienae quoque salutis. Votis obstrictus solertior ad perfectionem consequendam euasit. Rhetoricae uacans, non solum eius lepores, sed facundiam et artem bene dicendi didicit. Philosophiae traditus ingenii perspicacitatem ostendit tum maxime, cum omnes ex ea theses summa cum audientium laude publice propugnauit. Ragusium missus ad imbuendos humanioribus litteris ciues suos omne studium, atque industriam adhibuit, ut discipulorum animos, non solum praeceptis rhetoricae sed etiam bonis moribus informaret, multisque commodis pro illorum utilitate priuabatur; non nulli tamen tanti beneficii immemores eius dictis parum audientes erant, unusque ex equestri ordine in tantum audaciae deuenit, ut arma capere non dubitauerit, cum a Nicolao iussus fuerit manum ferulae subiicere, quod desideratus in schola, ad eam non excusatus accesserit. Ex hoc tam inhumano facinore tanto moerore affectus est Bosdarius ut dulcissimo Italiae aspectu recreari cupierit; qua propter has litteras Ioanni Baptistae Aldourando Romanae prouinciae moderatori dedit, in quibus modeste discessum e patria postulat:

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

P.C.

Un auuenimento successomi non sono molti giorni, mi constringe à scriuere la presente a V.R. accioche determini di me, cio che la sua gran carità, e prudenza li dettaranno. Uno di questi gentiluomini mio scuolare non (66) era uenuto à scuola per molti giorni; lo feci sapere à casa, mi fù risposto, che esso non era stato impiegato in nulla, onde uenuto à scuola li uolsi dare il solito castigo. Questo non solamente non mi uole ubbidire, ma di piu sfoderato un pugnale si uoltò contro di me in publica scuola, sebbene non successe nulla, perche chiamato il P. Superiore (che era il P. Francesco Gondola) li leuammo il pugnale di dosso, e li demmo un cauallo di cinque frustate sole, ma non sò perche i suoi parenti di attore mi fecero reo, mentre arrabiati uennero à gridare in Collegio nostro, e sono andati minacciando contro di me. Io ho uoluto semplicemente esporre il fatto à V. R., accioche giudichi che rispetto mi possono portare da qui innanzi i scuolari, e in che cimenti possano essere messi li mei parenti senza ne mia ne loro colpa, e per fine mi raccomando ai suoi santi sacrifici.«

Post discessum Bosdarii e Patria Blasius illius germanus frater natu maior, qui in Seminario Romano, non solum ad litterarum

studia, sed ad omnem urbanitatem humanitatemque informatus fuit, ob egregias eius uirtutes moresque suauissimos ex ordine ciuium Sancti Lazzari in nobilium numerum cum coeteris fratribus adoptari meruit anno 1666 mense Nouembris, et tunc a consilio ueteri Ragusina discessit nobilitas, in quo trecentum amplius annos perseueratum est, de non adsciscendis ciuium in ordinem Senatorium familiis, gensque Bosdaria inter nobiles adscripta maximam ex matrimonio inito habuit coniunctionem cum eo, qui a Nicolao reprehensus, quod scholam non frequentauerit, pugionem arripuit, ut cum illo in palestra litteraria tanquam in arena (67) decertaret: factumque est, Deo sic res humanas ordinante ad comprimendos superborum animos, ut qui Bosdariorum familiam, nullo tunc auitae nobilitatis splendore conspicuam contempserit, summo deinde in honore habuerit. Magisterio humaniorum litterarum perfunctus, theologicis studiis operam nauare coepit Nicolaus, tantumque in eis specimen praebuit ut dignus habitus sit, qui metaphysicam exteris adhuc theologiae auditor in Collegio Romano explicaret, thesesque ex uniuersa theologia expleto feliciter eius curriculo coram sapientissimorum uirorum consessu pro dignitate propugnaret. Potuit ille quidem ob magnitudinem ingenii superiores scientias docere in lyceis, sed artem, seu exercitationem recte dicendi, qua uehementer delectabatur, Florentiae docuit. Ex profano deinde oratore sacer euasit, annisque plurimis concionibus dedit operam in praecipuis Italiae, atque Dalmatiae urbibus: Romae in Principis Apostolorum templo coram frequentissima Praesulum corona, Parmae coram Farnesio duce, Ragusae coram Senatu Magno, ubique audientium plausu. Multos ille sacri ministerii tempore à libidine ad honestatem reuocauit, multorum odia animis insita grauitate sermonis extinxit, innumeros ad meliorem uitae normam reduxit. Neque prouinciam tam uberem deposuisset, nisi infirma, atque aegra ualetidine fuisset. Ragusium proinde ad natiuum salubriorem aërem se contulit, ubi recuperatis uiribus propter prudentiam, agendarumque rerum peritiam Rectoris munus gessit, sed atrox facinus à Michaele ex fratre filio commissum, Nicolaum Patriam iterum deserere coegit. Gens Bosdaria Mariam honestissimam puellam, quae deinde in Cabogorum familiam collocata est, desponderat Ioanni Gundulae iuueni ex Senatorio Ordine omni uirtutum genere ornatissimo. Hic sponsione accepta patrui uisendi causa, qui in exercitu Leopoldi Caesaris ad summam praefectu(68)ram euectus erat, Viennam Austriae caput, profectus fuit; redux in Patriam, nescio quam ob causam, desponsatam puellam uxorem ducere recusauit. Hanc mutatam in Gundula uoluntatem iniquo tulerunt animo quotquot erant ex Bosdariorum familia, praesertim Michael Mariae frater, qui insano furore correptus e domo armatus egressus est, forum obiuit, si forte in Ioannem incideret ut eum ferro trucidaret, non longe aspexit adeuntem Collegium Patrum Societatis, insecutus est, pugione repetitis ictibus traiecit, eumque seminecem in terra reliquit, qui ope Sancti Francisci Xauerii sanitati restitutus est. Facinus tam im-

pium, atque inhumanum uniuersa Ragusina ciuitas detestata est, praesertim uiri Patricii, conuocatoque senatu, non solum Michaelem tanti sceleris auctorem, sed uniuersam Bosdariorum familiam, quam ante annos triginta in Nobilium numerum adoptauerant, nobilitate priuarunt, eamque e Patria exulare iusserunt, donec per Carolum VI. Romanorum Imperatorem, procurante Michaele Angelo Bosdario, supremo Cappucinorum moderatore, et Patriae et nobilitati restituta fuit, uno excepto Georgio Michaelis fratre natu minore, qui iam pridem amissae dignitatis splendorem recuperauerat. Quanto tunc moerore affectus fuit Nicolaus, ego sane uerbis explicare non possum, libenter etiam ipse cum suis Patriam reliquisset, ne exosus in ea remaneret, si exploratam hac super re moderatorum mentem habuisset. Ut primum tamen in Italiam ad prouincialem coetum uenire iussus fuit, nulla mora interposita, Anconam nauigauit, ex qua in Urbem se contulit, coetuque absoluto, non amplius Ragusinum, sed Aretinum rexit Collegium in quo obiit professus quatuor uotorum anno 1699. Vir non solum ingenio, sed uirtutibus clarus: intenta illi erat sensuum custodia, iugis recordatio beneficiorum Dei, studium orandi assi(69)duum, summa in uirtute obedientiae perfectio, et in tolerandis rebus aduersis constantia. Multa post se reliquit monumenta, elegantissima praesertim poemata, et plures latinas orationes, aetrusca autem lingua esurialium feriarum conciones absolutas, iam castigatas, et praelo paratas, quae opera num etiam seruantur Anconae in Francisci eius fratris filiorum Bibliotheca.

P. Ioannes Lucari.

P. Ioannes Lucari ex peruetusta Lucarorum familia, quae ante annum millesimum primos in Republica magistratus sustinuit, natus est Ragusae anno 1621. Litterarum studiis traditus magnos in iisdem etiam puer progressus fecit, ingenium enim a natura acceperat ad omnes facultates accommodatum. Cum artem bene dicendi in patria disceret Ioannem Caprinum Societatis Iesu praeceptorem habuit, qui in hac facultate excellens erat, sed longe praestantior fuit in informandis ad pietatem ac religionem discipulorum animis; duodecim enim iuuenes, partim ex Patriciis, partim ex ciuibus ipsius exemplo ac praedicatione commoti in ipso iuuentutis flore uoto se obstrinxerunt nuncium remittendi rebus omnibus, cum primum liceret, et Societatem nostram ingrediendi: Inter hos fuit Ioannes, qui cum Petro fratre, qui Societati ualedicens Stagnensem rexit Ecclesiam, Tyrocinium nostrum ingressus est anno 1636.[37] Coeteri, quibus durum erat priuare se deliciis, et antiquum familiae nomen obliuioni demandare, quamuis uoti religione liberati matrimonia inierint, nullos liberos reliquerunt, qui familiae genus propagarent. Ioannes in Tyrocinio animum serio ad omnes uirtutes applicuit, tantosque sub Oliua praeceptore in pietate progressus fecit, ut maximam humani generis hosti inuidiam concitaret, qua propter eum a studio uirtutis ac (70) religionis auellere conatus est, non tamen spe com-

modorum et uoluptatum illecebris, sed metu irae coelestis, quo eius animus, licet innocens, exedebatur, idque eo consilio, ut, uel plane uiribus destitutus per causam recuperandae ualetudinis paulatim ad socordiam, atque ad ignauiam delaberetur, uel assidua scrupulorum molestia agitatus, tandem defatigatione, ac lassitudine ab incoepto desisteret. Sed Ioannes singulari Dei beneficio daemonis fraudes atque insidias detexit, et quamuis a fluctibus aestuque solicitudinum ac scrupulorum non euasit, attamen non solum in Tyrocinio eos aequo animo sustinuit, sed toto uitae tempore patienter tolerauit. Votis post biennium laudabiliter exactum nuncupatis, plurimas ex Tyrocinio egregias uirtutes secum ad Collegium Romanum detulit, praesertim animi candorem, et quandam simplicitatem, quae uitam facit beatiorem; erat enim purus, apertus, nihil tectum nihil simulatum habens. In Collegio Ioannes ad intermissa rhetoricae studia animum adiecit, in quibus quantum ingenio ualeret, ostendit; quamuis enim praeclarissimi iuuenes summa animi perspicuitate praediti ab Angelo Gallutio una cum Ioanne nostro ad hanc artem informarentur, inter quos Paulus Segneri Senior, Nicolaus Maria Pallauicinus, Ioseph Agnellus, nihil ominus (= nihilo minus), ille egregius inter hos orator, et poeta eximius habitus est. Hoc tempore Graecis etiam litteris imbutus fuit, quas deinde cum laude docuit. Philosophica studia aggressus curam omnem ac diligentiam adhibuit, ut rerum naturam ac uim cognosceret, et quod praecipuum est, ut uerum assequeretur; cumque philosophiae curriculum confecisset, se ita cunctis, quibus de eius doctrina cognoscendi negotium datum, probauit ut sententiis omnibus aptissimus ad philosophicas theses (71) publice propugnandas indicatus sit. Humaniorum litterarum magister renunciatus, eas Maceratae, deinde Romae professus est, ubique ingenti discipulorum utilitate, et magna sui nominis aestimatione. Absoluta Magistri humaniorum litterarum prouincia, theologiam à Sfortia Pallauicino audiuit tantis monumentis et purpura nobilitato, eumque ita uenerabatur, ut scita omnia, methodum, stylum, et quicquid illius esset, laudibus attolleret, nunquam auditus aliquid carpere uel improbare. Parem illi gratiam Sfortia referebat, solitus Ioannem ingenio praestantem praedicare, eumque dignum censuit qui studiosis iuuenibus in Collegio Germanico praeesset, eisque difficillimas philosophiae, ac theologiae quaestiones enodationis indigentes, theologiae adhuc auditor explicaret. Expleto theologici studii quadriennio uniuersam theologiam coram sapientissimorum uirorum consessu sacerdos iam initiatus strenue propugnauit, tantamque laudem ex propugnatione acquisiuit, ut dignus omnium suffragiis habitus sit, qui superiores scientias in lyceis profiteretur; sed cum ille artem dicendi apprime calleret, Senas a moderatoribus missus fuit, ut nobiles Collegii Ptolomaei conuictores ad rhetoricae studium inflammaret, eosque non solum praeceptis eloquentiae imbueret, uerum etiam flosculis, ac leporibus, omnemque huius artis elegantiam, ac uenustatem doceret. Munus impositum diligentissime peregit Ioannes, eoque anno, quo

Senis commoratus est, drama de B. Stanislauo Kostka elucubrauit ut morem conuictoribus gereret, quod ab illis non sine ingenti ciuium Senensium plausu recitatum est. Cum moderatores tantam Ioannis in docendo humaniores litteras praestantiam, atque artem bene dicendi agnouissent, illi prouinciam demandarunt imbuendi rheotoricae praeceptis non solum nostros, uerum etiam externos adolescentes, qui scholas Collegii Romani frequentabant. Plures annos Ioannes artem bene dicendi in Collegio Romano docuit, plures etiam in domo Sancti Andreae, cum ab Oliua supremo Societatis moderatore sanctitum (s a n ç i t u m) fuerit, ut nostri post Tyrocinium expletum, in ipsa Tyrocinii domo ob plurima coelestis uitae commoda ad rhetoricae munera instrue(72)erentur. Multos ille in tam longa docendi annorum serie praeclaros auditores habuit, non solum ex nostris, sed etiam ex exteris, qui deinde facundia, quam a Ioanne didicerant, et causam religionis in sacris coetibus perorarunt, et de uitiis et flagitiis in templis coram populi multitudine triumpharunt. Hos ego, cum innumeri pene sint, silentio praetereo; duos tamen omni exceptione maiores nullo modo tacitus praeterire possim: hi sunt Ioannes Franciscus Albani, qui deinde ad Pontificiam dignitatem euectus Clemens hoc nomine XI appellatus est, qui senem, magistrum olim suum, et summa charitate complecti, et pluribus officiis, ac beneficiis cumulare nunquam destitit; et Ioannes Baptista Ptolomaei ab eodem Clemente purpura donatus, quem Ioannes cum adhuc adolescens rhetoricae praeceptis institueretur, non solum magni faciebat, uerum etiam ob singulares eius uirtutes eum aliquando Societati ornamento fore praedicabat. Dum his studiis Lucarus detinebatur, praeclarum illud eloquentiae opus ad commodum atque utilitatem discipulorum scripsit in quo eam in tres partes diuisit, nempe in Docentem, Utentem, ac Triumphantem, quo quidem opere nihil melius fieri posse in eo genere periti affirmarunt. Hunc aureum eloquentiae librum P. Benedictus Rogaccius tanti faciebat, ut eum iuuenibus nostris, quos ad humaniores litteras, et ad artem bene dicendi informabat, lectitaret, nec aliis in docendo praeceptis nisi iis, quae Lucarus tradidit, utebatur, cumque uel per incuriam a Lucaro sene liber hic deperditus, uel a cupido eloquentiae fure sublatus fuerit, moderatores in publica mensa retinentem monuerunt, ut eum quam primum auctori suo redderet, addito etiam praecepto religiosae obedientiae. In tanta apud eos existimatione hoc tripartitae eloquentiae opus habebatur. Triginta annos Lucarus in (73) docendo rhetoricam nostros iuuenes et externos insumpsit, quibus absolutis, ad cathedram philosophiae, quae ad mores pertinet ascendit, in argumentando non tam acutus, quam facetus erat, in propugnando suas theses meticulosus, sed ethicam diu non docuit; inferiorum enim scholarum praefectus renunciatus, eas usque ad obitum rexit. Inde factum est, ut qui adolescens Ragusa excessit, numquam amplius, uel cognatos uel Patriam uiderit. Haec fuit Ioannis nostri studiorum ratio nunc ad eius uirtutes ueniamus. Charitate in Deum fuit eximia, neque solum eatenus Dominum amabat, ut

prae illo reliqua omnia nihili duceret, quae uirtutis huiusce prae-
cipua est pars, uerum inerat in amore quaedam uoluptas, ut quantis-
libet pressus angustiis ac molestiis fatigatus esset, in unius Dei re-
cordatione acquiesceret. Ex hoc Dei amore singularis in Deiparam
amor, et in sanctum Hieronymum Dalmatiae decus, atque ornamen-
tum redundabat, et egregia in homines charitas. Sed horum salutem
non aliter procurare potuit, uolentibus ita moderatoribus, nisi eorum
animos ad humanitatem optimasque artes et simul ad pietatem in-
formando. Voluntariam paupertatem ad extremum usque constan-
tissime coluit, et quamuis ipse solus e Lucarorum gente superstes
fuerit, nullos ex haereditate, nullos e patrimonio prouentus recipie-
bat, imo ea ipsa munuscula, quae ei à Clemente XI suo olim audi-
tore beneuolentiae causa deferenbantur, iuuenibus nostris, pro se-
ruitio ab eis, aetate ingrauescente, accepto elargiebatur. Castitatis
uero fuit cultor eximius, neque in Societate solum nobilissimam
hanc uirtutem uitae asperitate, sed etiam iuuenis in paterna domo
tanto studio custodiuit, ut nihil in eo, neque in dictis neque in factis
lasciuum, aut petulans apparuerit; qua propter cum castimonia mo-
rum integritatem, uitaeque innocentiam usque ad obitum seruasse
(74) creditur, quamuis ad iracundiam fuisset procliuis. Moderatorum
dictis semper audiens fuit, neque solum supremos moderatores
uenerabatur, sed etiam illos, qui ab eis uicariam acceperant pote-
statem, et horum uultus, atque praesentiam pertimescebat. Cum
hunc in Lucaro timorem iuuenes nostri animaduertissent: illum senio
iam confectum, ad Bibliothecam deducebant, ibique cum eo secretos
sermones instituebant, miscebantque colloquia; tum eo inscio ad
ministrum accurrebant, eumque reum de uiolato silentio accusa-
bant. Minister et propter custodiam legum domesticarum, in qui-
bus tota religiosae uitae perfectio sita est, et etiam ut suo animo
aliquantisper indulgeret (nullus enim erat in toto Romano Collegio,
qui Ioannis dictis, factis, incessu, uisu, uehementer non oblectabatur)
intempestiue ad Bibliothecam accedebat, cuius inopinatus aduentus,
cum primum Ioanni innotesceret, pallere, trepidare, uultum manibus
tegere, seseque Bibliothecae latebris occultare; sed frustra his ar-
tibus utebatur, minister eum illico detegebat, reumque uiolati silentii
in publica mensa poena aliqua leni afficiebat, ille nisi iucunde, sal-
tem prompte denunciatam poenam subibat, sed magnis postea inter
orandum molestiis angustiisque premebatur. Hoc enim tempore Deo
commendare solebat, non solum supremum Societatis moderatorem
proninciae gubernatorem, rectoremque Collegii, sed et ipsum mi-
nistrum, qui aliquam in eum habebat auctoritatem; cum uero preces
Lucaro pro ministro fundendae essent, haerebat aliquantulum bonus
senex. suspirabat, defatigabatur, et quodamodo secum ipse pugna-
bat, uictor tandem e certamine prodiens, et triumphum de se ipso
referens ministrum quoque Deo intime commendabat. Plurima huius
generis facta, dictaque narrantur, quae magnam hominis probitatem,
cum simplicitate quadam coniunctam, ostendunt. Ego hic aliqua
commemorabo. Defuncto Tyrso Gonzalez, ad supremum Societatis

regimen euectus fuit Michael Angelus Tamburinus ob singularem
(75) eius probitatem, doctrinam ac prudentiam tanto honore dignus.
Conueniebant eum Patres ex Collegiis omnibus, quae Societas habet
in Urbe supremam dignitatem optimo parenti gratulaturi, a Lucaro
tamen nulla ei gratulatio facta fuit, qua propter hortabantur illum
iuuenes nostri, ut etiam ipse testaretur gaudere se de ipsius for-
tuna ac felicitate. Ne itaque inops humanitatis, atque inurbanus uide-
retur, Michaelem Angelum supremum Societatis moderatorem adiuit,
eique nouam dignitatem gratulatus est. Comiter ac benigne excepit
Ioannem Tamburinus, eumque deprecatus est, ut grauissimam cru-
cem, et onus suis humeris impositum precibus ad Deum fundendis,
aliqua ex parte alleuaret. Non potuit ad haec Lucarus sese continere,
imo reposuit: Tu ne etiam ex illorum numero es, qui acquisitas
dignitates cruces, atque onera uocitant? Crucem tu nostris humeris
ferendam, et onus nostris ceruicibus sustinendum imponis. Subrisit
paulisper Tamburinus, et uiri simplicitatem admiratus est. Alterum
nec huic dissimile nec minus lepidum factum annecto. Clemens XI
Pontifex Maximus Ioannem suum olim praeceptorem, munusculis
aliquando, ut supra à nobis dictum est, afficiebat; capta ex hac Pon-
tificis benignitate, ac liberalitate occasione, unus ex nostris iuueni-
bus Lucarum adit, eumque monet, ut quam primum ad ianuam Col-
legii se conferat Pontificia munera recepturus. Lucarus nulla mora
interposita ad ianuam descendit, sed nullus ei obuiam Pontificius
fit aulicus; ianitorem interrogat, ubi nam sit? Ille negat ad Colle-
gium accessisse, detecto itaque ioco, iuuenem quaerit, quo reperto
ab illo postulat, ut sibi cognomen indicet, ille ueritus, ne ludi iocu-
lique auctor detectus, poenas subiret, fictum sibi Gasparri cogno-
men imposuit. Lucarus audito cognomine ministrum adit, rem uti
gesta est, narrat, eumque precatur, ut in Gasparrum animaduertat.
Nullus, inquit minister, suauissime Pater, nostros inter iuuenes Ga-
sparrus est, nullus habet tale cognomen. Gasparrus et non (76) alter,
reposuit Ioannes, illusit mihi, ille mecum iocatus est. Cui minister:
En omnia nostrorum iuuenum in hoc indice descripta cognomina, si
quem in eo Gasparrum reperies, illum ego promerita castigatione
afficiam. Elenchum Lucarus attente legit, oculis semel, atque iterum
percurrit, Gasparrum non inuenit. Primo itaque feriarum die, cum
omnes Collegii Romani iuuenes ad campani aeris sonitum unum in
locum conueniunt, ut bini a ministro ad rus suburbanum mittantur,
signo dato ad ianuam illico Lucarus se confert, iuuenes uenturos
expectat, uenientes oculis intensissimis perlustrat Gasparrum dili-
genter inquirens. Cum primum hunc per schalam descendentem
aspexit, morae impatiens ad eum accurrit, exclamans: Tu es Gas-
parrus. Negauit iuuenis tali uocari cognomine. Cui Lucarus: Siue
Gasparrus diceris siue non, tu es qui mecum iocatus es, tu qui mihi
paucis ab hinc diebus illusisti, dabis poenas tuae audaciae. Ad haec
adstantes ridere, quin ipse minister risum continere non potuit, ut
tamen staret promissis, et Ioannis iracundiam reprimeret, ludi iocu-
lique auctorem promerita castigatione affecit. Neque haec et his

similia de illo narrantur, cum bona ualetudine uteretur, aeger etiam et extremo morbo laborans ab huiusmodi factis, dictisque non abstinuit. Iacebat in lectuto Lucarus morti proximus morienti aderat Pater, qui Christum cruci affiximum (a f f i x u m) manu tenens, pias sed crebras e sacris libris uoces repetebat, quae mentem animumque aegroti uehementer perturbabant. Hanc animi perturbationem ex tristi uultu dignoscens Pater, Lucarum interrogauit, an re aliqua indigcret? Indigeo pluribus, respondit Lucarus, sed hac re praecipue ut Christum cruci affixum apud me relinquas, et ex hoc conclaui quam primum discedas, ut possim animo quieto mori atque tranquillo. Et quidem quamuis uanis prius (77) agitaretur terroribus, assiduaque scrupulorum perturbaretur molestia, amissam eo tempore conscientiae pacem recuperauit, et placide, ac sedate extremum diem obiit Romae anno 1709[38] octogennario maior professus quatuor uotorum, sempiternam apud nos relinquens memoriam propter simplicitatem, et singularem animi candorem, ob quem omnibus carus, semperque in amore ac deliciis fuit. Et quamuis quadraginta et amplius anni ab eius obitu effluxerint, tamen adeo frequens in tota prouincia de eo mentio fieri solet, ac si inter uiuos esset, et nobiscum familiariter ageret.

Plurimae sunt uarii generis lucubrationes ab eo editae aliae typis, aliae scripto uulgatae, orationes nempe et poemata. Ex orationibus praelo subiectae fuere, illa quam Romae in Farnesiana Aede habuit in funere Cardinalis Marci Antonii Franciotti an: 1667. Illa item qua Cardinalem Ioannem de Lugo ex Soc: Iesu eodem anno in eadem Aede laudauit.

Inter poemata magno habetur in pretio Poematium quo Reginam Mariam Stuardam laudauit coelesti pabulo reficientem.

Et aliud in ortu Principis Hispaniarum ad Philippum 4, typis editum.

In lucem etiam edidit drama de B. Stanislauo Kostka.[39]

P. Michael Mondegaius.

P. Michael Mondegaius natus est circa annum 1654[40] in pago Ragusinae ditionis, cui Slano nomen ueteres incolae indiderunt. Ad maris oram situs, Ragusio in occidentem solem duo de uiginti millia passuum distat (78) habetque portum satis amplum, et tutum. Parentem habuit uirum nauarchum honestum, ac re familiari bene instructum, eiusque opera bene educatus est. Cum autem in adolescente praeclarum ingenium admiratus esset illum Neapolim misit, ut liberalibus disciplinis in scholis Patrum Societatis operam daret, et litterarum studio pietatis studium coniungeret. Hinc factum est ut in adolescentia, et in ipso aetatis flore, quod rarum est, nihil aliud Michael ageret, nihil pene cogitaret, nisi quod litteras, et pietatem redoleret; qua propter liberioris uitae genus fastidiens arctiorem, sed quodamodo tutam, quae ad coelum ducit uiam, inquirere coepit. Inter tot sacros ordines prima ei occurrit Societas Jesu, quam

quotidie prae oculis habebat, eiusque sanctitatem admirabatur. Summis itaque precibus moderatorem Neapolitanae prouinciae rogauit, ut in suam eum familiam admitteret; idque facile impetrauit, cum optima eius indoles et ingenii praestantia moderatorem non lateret. Neapolitanum Tyrocinium ingressus ad uirtutum acquisitionem maiori animi contentione incubuit. Expleto Tyrocinio uotis se adstrinxit, inde animum ad liberales artes applicuit, tum ad philosophica studia, postremo ad theologiam in Romano Collegio. In omnibus praestantissimus, et pene summus euasit. Absolutis studiis Aletium missus est, ut philosophiam doceret; ex qua urbe P. Raphaelem Tudisium Ragusii tunc commorantem per litteras rogauit, ut iuuenem aliquem bonae indolis, bene moratum ac ingeniosum Aletium mitteret idque Bagliuum medicum, uirum probum, ac bene nummatum summopere exoptare. Tudisius Georgium Armenum natum humili loco Ragusii anno 1668, sed qualem Aletiensis medicus cupiebat misit Aletium, quem P. Mondegai in Bagliui seruitutem addixit, ille uero cum ad heri ingenium factus uideretur, eique se multum probaret ex Armena in familiam Bagliuam adscriptus est, et haeres ex asse a medico Bagliuo institutus. Aletii Geor(79)gius Philosophiae operam dedit, annos natus non amplius quindecim, deinde ad medicinae studium se contulit Salerni, Neapoli, Pataui, Bononiae sub Malpighio. Rhetor etiam fuit egregius et mathematicus. Adolescens Romae domicilium fixit, ibique ingenii sui, ac doctrinae primum specimen, sed plane eximium, ac supra aetatem exhibuit. Duo de triginta annos natus Innocentio duodecimo Pontifice maximo iubente anatomices cathedram in Romano Archigymnasio moderandam suscepit, quo in munere multa ex eius artis disciplina dissectis animantium corporibus experimenta hactenus incomperta edidit, nomenque suum non modo per Italiae lycea, et urbes, sed in tota fere Europa celebre fecit. Haec de Bagliuo. Ad Mondegaium redeamus. Perfunctus Aletii philosophiae magisterio, Neapolim a prouinciae moderatore uocatus est, non ut philosophiam, ex Aletiensi, in Neapolitano Collegio, ut moris est, sed ut nostros iuuenes ad humanitatem politioresque litteras informaret, quam prouinciam magni nominis sui aestimatione, et incredibili discipulorum utilitate plures annos sustinuit. Ex rhetore Michael, diuinae gloriae praedicator, et operarius euangelicus factus, ex angustiis unius scholae in apertum campum prodiit, et omnium salutem procurauit. conciones habebat frequenter ad populum, piaculares in templo confessiones excipiebat, non solum magnatum, ac nobilium, apud quos plurimum auctoritate ualuit, sed etiam pauperum et egenorum; miseros homines, atque afflictos solabatur, in quos incredibilem pecuniae uim precario coactam erogauit. Aegrotos inuisebat, frequentius Iunium Gradium patricium Ragusinum, qui recuperandae ualetudinis causa Neapolim se contulerat. Michael enim populares suos, ac Ragusinos omnes summo amore prosequebatur, cumque Iunii salus a medicis proclamata fuerit, Mondegaius Pa-

trem Franciscum de Hieronymo familiarem suum, et (80) uirum sanctitate et miraculis clarum rogauit, ut sine mora aegrotum inuiseret. Hieronymus ad Iunium illico se contulit, apud quem aeger contractas animi sordes per sacram totius anteactae uitae confessionem eluit. Post quam, ad coelestem Patriam, ut ei a Hieronymo praenunciatum fuit, emigrauit. Insuper Mondegaius morti proximis, seu extremo supplicio afficiendis praesto erat, eosque ad fortiter, pieque moriendum adiuuabat. Tot nihil ominus negotiis distractus plura eaque elegantissima opera elucubrauit.

Dolorum libros quatuor, siue animae in igne expiatorio lamenta.

Varia poemata de Sancto Aloysio Gonzaga.

Poematium pro recuperata salute Mariae Annae Reginae.[41]

Obiit Neapoli septuagennarius repentina morte correptus anno 1716 professus quatuor uotorum, cuius memoria, in tota Neapolitana prouincia, post annos ferme quadraginta, in benedictione est.

P. Joseph Findella.

P. Joseph Findella natus est Ragusii ex Catharina Zuzzeri anno 1678. Pueritiam et iuuentutem innocenter transegit, iis enim pietatis operibus, et studiis distinebatur assidue, quibus disciputi optimis moribus praediti distineri solent. Cum rhetoricae operam in Collegio Ragusino nauaret, praeceptorem habuit Ioannem Baptistam Cancellottum, sub quo et orator, et poeta euasit non uulgaris. Philosophiam, uel totam, uel fere totam nullo docente ex libris priuato studio didicit, et quamuis de se modeste sentiebat, uiros in ea facultate peritos ad disputandum de philosophicis quaestionibus prouocabat, ut frequenti disputatione, et ingenium excoleret, et otium declinaret. Cum uero et pietatem impense coleret, et studio uacaret assidue, ut utrumque plenius assequeretur, Societati Iesu nomen dare annum (81) non dum agens uigesimum uehementer exoptauit; sed nescio qua re impeditus clericali militiae se adscripsit. Sacerdotio initiatus uirtutes omnes, quae ecclesiasticum uirum decent, induit, ita ut omnes in eo modestiam, probitatem, ac morum integritatem admirarentur. Desiderabatur eo tempore a Patribus Societatis Collegii Ragusini ludi magister, qui pueros primis grammaticae rudimentis imbueret, et quamuis a pluribus ea prouincia exposcebatur, uni Iosepho demandata fuit. His annis, quibus scholae praefuit, curam omnem, ac studium adhibuit, ut tenerae aetatis discipulos, non minus ad litteras, quam ad pietatem informaret. Cum ludi magister Collegium frequentaret, maximam cum Patribus Societatis familiaritatem iniit, eorumque sacri Ordinis amore iterum captus est: qua propter omnem lapidem mouit, ut illorum auxilio, atque opera in Societatem admitteretur, non ut in ea solemnem, ut aiunt, professionem emitteret (aetate enim prouecta erat), sed ut Coadiutoris spiritualis munus obiret. Patres Ragusini Collegii facile Romanae prouinciae moderatorem exorarunt, ut Iosephum Socie-

tati adscriberet, maxima enim erat in eodem Collegio operariorum penuria. Cum primum litterae moderatoris Romanae prouinciae Iosepho nostro lectae fuissent, incredibile est, quantam ex eis accepit laetitiam, quantumque recreatus, cum patere aditum ad Societatem intellexerit. Aestiuum erat tempus, quo aduenae ad Urbem accedere propter aëris inclementiam prohibentur: Ioseph tamen noster incommoda omnia, ac pericula parui faciens, insalutata matre, ac duobus fratribus, aliisque consanguineis Quintili mense Anconam uersus profectus est, paucis diebus in ea urbe commoratus Romam se contulit, nostrumque Tyrocinium sub finem eiusdem mensis ingressus est anno 1710. Vigesimum septimum agebat annum P. Findella, et (82) tamen munia omnia, quae adolescentuli adhuc tenerae aetatis obire solent, explebat, non solum diligenter, sed etiam iucunde, et sicut coeteros aetate sic etiam uirtute superabat Annum Tyrocinii expleuerat integrum, sperabatque alterum expleturum; sed cum magister humaniorum litterarum Collegii Recinetensis ob infirmam ualetudinem tantum onus sustinere non posset; ad eam scholam P. Findella adhuc Tyro missus est, maximum sui desiderium ob suauitatem morum, et uitae innocentiam relinquens non solum tyronibus, sed ipsi tyronum magistro P. Thomae Silotti omni uirtutum genere ornatissimo. Recinetensi scholae praefectus discipulos non minus ad litteras, quam ad pietatem informabat, et ad amorem erga Deiparam, quam summo studio uenerabatur, inflammabat. Votis Religiosis post biennium in ea urbe nuncupatis, non sine ingenti Patrum discipulorumque moerore ad Spoletinum Collegium amandatus est, ut in eo rhetoricae praecepta adolescentibus traderet. Prouinciam demandatam incredibili discipulorum utilitate expleuit, et tanta approbatione Ioannis Baptistae Spinulae Romanae prouinciae moderatoris, ut in eo studium, diligentiam, ac ingenium non uulgare admiratus, dignum censuit, qui theologicis studiis in Collegio Romano operam daret, et per haec studia ad solemnem professionem, aetate licet prouecta, uiam sterneret. In Collegio Romano P. Findella, non solum theologiae auditor, sed concionator, et minister, ut aiunt, Poenitentiae fuit assiduus, frequenter enim diebus festis conciones Romae in publicis foris habebat, tantaque animi contentione perorabat, ut saepe homines nefarios ac sceleratos metu aeterni supplicii perterritos e plateis ad tribunal poenitentiae duceret, eorumque peccata non sine lacrymis excipieret (*exciperet*); sed cum diu molem tantarum rerum tantorumque laborum sustinere non posset, in morbum incidit, tenui enim, et perpetua febri tenari (*tentari*) coepit. Salu(83)briorem ei fore Neapolitanum aërem medicus ratus, e Romano Collegio ad Neapolitanum se contulit, ut in eo sanitatem recuperaret, et incoepta theologiae studia absolueret, sed ingrauescente Neapoli morbo Ragusam missus est, ut ex natiui coeli salubritate beneficium aliquod reciperet. Multa in itinere incommoda pertulit, cumque ex Apulia ad Grauosae portum peruenerit, eius salus iam procla-

mata fuit. In Ragusinum Collegium e Grauosano portu delatus die Sancto Francisco Xauerio sacro statim de morte sibi instante cogitare, de ea loqui, eamque paratissimo animo sustinere. Aderat iam extrema dies, nec adhuc sacro recreatus fuerat Viatico, continenti enim tussi Eucharistiam sumere prohibebatur; tum ille preces ad Deum fundere, Virginem deprecari, ne tanto fauore, tantoque beneficio priuatus ex hac uita discederet; cum subito P. Rectorem Simonem Capitozzium uirum non solum de Ragusino Collegio, cui saepius praefuit, sed de uniuersa ciuitate, in qua quadraginta amplius annis continenter commoratus est, optime meritum, ad se uocat, eique supplicat, ut quandoquidem mors celeri pede ad ianuam pulsauerit, et tunc uel nulla, uel leui tussi angeretur, quam citissime ei sacrum deferret Viaticum. Supplicanti morem gessit P. Rector. Ex hoc coelesti pabulo tam ingenti gaudio perfusus fuit, ut cum illud inter pectoris angustias continere non posset, adstantibus his uerbis palam fecit: O me felicem, cui crastina die beatissimo Dei aspectu, et pulcherrimo diuinae Matris uultu frui licebit! Cum morti proximior esset, elecubrationes suas flammis tradi mandauit, et potionem indicam uulgo cioccolatam, quam Neapoli secum attulerat, non suis sumptibus comparasse, nullos enim annuos prouentus, paupertatis amantissimus, ex paterna domo recipiebat, sed eam dono a Neapolitanis Patri(84)bus accepisse declarauit, ut aegritudini suae medicinam aliquam in itinere faceret. His ita peractis nullo conscientiae metu exagitatus, nullo aeterni supplicii timore perterritus, sed de sua beatitudine ueluti certior factus obiit Ragusae 14 Decembris anno 1717.

P. Benedictus Rogaccius.

P. Benedictus Rogaccius Alexandri Rogacii germanus frater, natus est Ragusae anno 1646.[42] Puer Societatis scholas in patria frequentauit. Expleto tertio decimo aetatis anno, una cum patre, et Alexandro fratre natu maiore Anconam diuino afflatu nauigauit, ne collapsae paulo post urbis ruinis obrueretur. Anconae ad intermissa aliquantulum studia se recepit tantosque in humanioribus litteris adolescens summno ingenio praeditus progressus fecit, ut non condiscipulis modo, sed ipsi magistro admirationi fuerit. Quamuis Benedictus noster in Anconitano Collegio litterarum studia impense coleret, pietatem tamen coluit magis, statuitque in animo, cum primum per aetatem liceret, Alexandri germani fratris, qui Societati Jesu nomen dederat, uestigia relegere. Annos itaque quindecim natus et menses septem, Romam profectus. Tyrocinium nostrum ingresus est Idibus Octobris anno 1661 die Sanctae Teresiae sacro, quam semper religioso cultu prosecutus est. In Tyrocinio Benedictus uitam quam pridem in pietatis officiis traduxerat, facile ad Tyrocinii mores instituit, et ita in eo uixit, ut eius uiuendi rationem non solum nemo non probaret, sed omnes admirarentur. Ex Tyrocinio multas egregias uirtutes secum ad litterarum studia de-

tulit, sed praecipue omnium humanarum rerum contemptum, et amorem erga Deum, quae uirtutes reliquo uitae spatio in eo summa cum laude enituere. Rhetoricae primum operam dedit, sed (85) non in Romano Collegio, ut uetus mos erat, sed in ipsa Tyrocinii domo, ut a P. Oliua supremo Societatis moderatore sancitum fuit, in qua facultate praeceptorem habuit Curtium Sexti uirum in Societate clarissimum, qui nostras leges decretaque coetuum totius Ordinis, in compendium redegit. Biennio, quo Benedictus huius facultatis studiis uacauit, omnes tum aureae, tum argenteae aetatis auctores, praesertim poetas legit, lectosque menti commendauit, et ita alte affixit, ut ex ea nunquam amplius exciderint. Hinc nil mirum eum postea, et summum rhetorem, et poetam euasisse. Post rhetoricae studia, animum ad philosophiam ob infirmam ualetudinem applicare non potuit, sed Patauium missus fuit, ut sanitatem in ea urbe, in qua medicorum nobilissimorum, atque optimorum cura solers esse solet, recuperaret. In itinere morienti Alexandro germano fratri Anconae siccis occulis adfuit, eumque in molestiis, atque incommodis, quae infirmis eueniunt, spe aeternae beatitudinis recreauit; cumque Ancona Venetias nauigaret, ut ex ea urbe Patauium se conferret, tempestas subito coorta eum in summum uitae discrimen adduxit; sed ex hoc etiam periculo euasit incolumis, Deus enim Optimus Maximus illum ad plurimorum salutem, atque utilitatem destinauerat. Recuperata Pataui sanitate Romam se contulit, et philosophica studia in Collegio Romano aggressus est, utque erat ingenio non solum excellens, sed etiam acutissimus, quascumque licet grauissimas difficultates facile percipiebat, semper ad argumentandum, et acurate disserendum, et rationibus conquisitis de qualibet quaestione disputandum paratus, uniuersamque philosophiam (86) coram frequentissimo sapientissimorum uirorum consessu strenue propugnauit. Haec tamen studiorum ratio, nullum pietati eius detrimentum attulit; sciebat enim adolescens aequus rerum aestimator ueram germanamque in timore Domini sitam esse sapientiam. Humaniorum litterarum magister renunciatus, eas docuit Montis Politiani, Spoleti et Romae tanta discipulorum utilitate, et sui nominis aestimatione, ut neque ille discipulos ad pietatem ac litteras addiscendas paratiores, neque discipuli sapientiorem aptioremque ad docendum praeceptorem desiderarent. Perfunctus magistri humaniorum litterarum munere ad grauiora theologiae studia, Mauro docente, incubuit, in quibus subito praeclarum ingenii sui specimen praebuit, qua propter ad Collegium Germanicum, atque Hungaricum missus fuit, ut difficillimas huius facultatis quaestiones alumnis ueluti magister explicaret, quo tempore anniuersariam in funere Gregorii Tertii decimi orationem in aula maxima Collegii Romani recitauit, et carmen de terraemotu suae Patriae, hortante Stephano Gradio Vaticanae Bibliothecae Custode, scripsit. Absolutis laudabiliter theologiae studiis, ingentem Patriae casum Benedictus noster commiseratus, eam uisere, solari, eique opem, atque auxilium

ferre, et collapsam de summo uirtutum gradu ad pietatem excitare cupiebat, simulque historiam suae gentis scribere, sed Ioannes Paulus Oliua supremus Societatis moderator Benedictum ad iter Ragusinum se parantem apud se retinuit; eique prouinciam scribendi litteras nomine suo ad uiros Societatis, qui Italiam incolunt demandauit, quod munus tanto ille ingenio, (87) tanta dexteritate, tanta denique uerborum elegantia peragebat, ut ipse Oliua, quamuis in epistolis conscribendis paucis secundus, pluris epistolas a Benedicto conscriptas, quam suas faceret. Solemnia interim quatuor uota nuncupauit Romae die Virginis in Coelum receptae sacro, anno 1679. Post haec designatus rhetorices magister, artem bene dicendi nostros iuuenes in domo Sancti Andreae docere coepit, quam prouinciam non sine ingenti discipulorum profectu per quatuordecim annos sustinuit; multi enim huius facultatis praeceptis a Benedicto instructi rhetoricam alios, atque humaniores litteras pro dignitate docuerunt, non nulli uerbi Dei praecones effecti, eloquentia, quam à magistro didicerant, de turpitudine, de auaritia, de libidine, de odiis inueteratis, atque insitis penitus et inustis animis hominum flagitiosorum trimpharunt. Deinde uiro latini sermonis peritissimo prouincia a moderatoribus demandata fuit scribendi res nostras, gestaque uirorum Societatis, sed nescio qua re impeditus susceptam historici prouinciam ex moderatorum iussu Iuuencio tradidit, uiro cum in coeteris laudibus eximio, tum in scribendo perpolito, ille magistri tyronum socius fuit, quo in munere piis exercitationibus adolescentes illos excolebat, qui spretis cupiditatum lenociniis et uitiorum illecebris in ipso iuuentutis flore ad Tyrocinium accedebant, Societati nomen daturi, dumque cum illis de rebus sacris sermonem habebat, coelesti quodam afflatus numine, repente inflammabatur, tantaque ui, ac contentione perorabat, ut e sedili, in quo erat collocatus, inscienter, et per ignorantiam in digitos frequenter erigeretur. Multi ex illis adolescentibus, qui Benedictum de rebus sacris perorantem audierunt, incredi(88)bilem beatae uitae fructum coeperunt, et si qua in eis uel pietas in Deum, uel legum nostrarum custodia, uel humanarum rerum contemptio extitit: omnes hasce uirtutes Benedicto tantae perfectionis magistro ex parte tribuebant, primaque religiosae uitae fundamenta ab eo in eis iacta fuisse, testati sunt. Cum moderatores in Rogaccio inusitatum dicendi modum, et uim perorandi ad commouendos auditorum animos satis idoneam admirati sint, illum ex angustis nostrae iuuentutis claustris ad spatiosum illorum exterorum campum transtulerunt, qui depositis paulisper negotiis domum Sancti Andreae frequentabant, uel, ut anteactae uitae crimina in piis exercitationibus deflerent, vel ut maiorem cum Deo inirent coniunctionem. Incredibile dictu est, quo gaudio demandatum sibi munus suscepit, et qua diligentia executus est: curam omnem, studium, atque industriam adhibebat, ut auditorum animos ad odium sempiternum in flagitia, ac turpitudines commoueret, eosdemque ad praeclarissimarum uirtutum desiderium, et omnis falsae gloriae contemptum eri-

geret; sed potissimae illius diligentiae partes erant auditorum corda diuino igne inflammandi et ad suauissimum Dei amorem excitandi, quae omnia summe ac maxime admirabiliter praestitit, nec solum homines uulgares, sed etiam uiri principes, et Purpurati Patres, qui Rogacii doctrina, ac sanctitate commoti, ad Tyrocinium nostrum uentitabant, ex piis exercitationibus maximum beatae uitae fructum percoeperunt, atque utinam singula eorum nomina recensere possem qui audita Benedicti doctrina, perpetuum uitiis bellum indixerunt! Utinam eos referre ualeam (89) qui tantam postea cum uirtute coniunctionem habuerunt, ut nullis uoluptatum illecebris, nullis liberioris uitae blandimentis, nulla unquam ui ab illa dimoueri potuerint! Utinam illos, qui opes, diuitias, dignitates, magistratus, popularis aurae fauores contempserunt, uitamque pauperem in religiosis domibus traduxerunt! Dignosceretis profecto quam uiuus et efficax fuerit Benedicti sermo, et omni gladio penetrabilior! Dum his occupationibus Benedictus distinebatur diuinum illud opus aggressus est, Unum nempe Necessarium, cuius operis seriem et rerum continuatam progressionem, admirabilemque illam continuationem, qua aliae ex aliis annexae et omnes inter se aptae colligataeque uidentur, Antonio Primi Tribuniensi Episcopo auunculo suo per litteras exposuit, quae in Collegio Ragusino asseruantur. Hactenus Benedicti doctrinam, atque in dicendo grauitatem auctoritatemque retulimus, nunc praecipuas eius uirtutes referamus. In primis legum nostrarum fuit custos diligentissimus, paratus cum Machabaeis uitam potius profundere, quam patrias leges uiolare. Mira in eo modestia elucebat, comes, et custos religiosae puritatis. quam integram illibatamque ad obitum seruauit; acre tamen bellum ad tuendam pudicitiam sibi Benedictus indixerat, nam non solum omnes immoderatas animi coërcuit cupiditates, et auctoritate nutuque legum domitas habuit libidines; uerum etiam institutam consuetudinem confirmato retinuit animo, ut singulis diebus, cum e somno excitaretur, poenae nomine se acerrime uerberaret. Praeterea in uictu parcus et somni breuis fuit. Votiuam paupertatem magni faciebat, nec aliis rebus, nisi ad uitam sustentandam necessariis utebatur, eique uiles, ac obsoletae, et quae coeteris minime probabantur, erant cariores; cumque primo tyronibus, quorum cura Benedicto nostro demandata erat, religiosae (90) uestes deferebantur, haeque sartae, atque attritae, beatos illos ob hanc causam appellare solebat, nec suam tantum licet nouam exueret, quin ipsam regalem purpuram, si chlamydatus, ac purpuratus incederet, ut attritam atque obsoletam tyronum uestem indueret. A Francisco germano fratre uiro coeteroquin locuplete, et rei familiaris copia abundante, nullam ad suum commodum pecuniam exigebat, sed pro libris ad communem omnium utilitatem typis edendis aes aliquando postulauit, et quidem poterat eam iure quodamodo suo exigere, illum enim haeredem patrimonii sui fecerat, hac tamen conditione, ut si sine liberis decederet, haereditas ad Collegium Anconitanum in quo prima fere

pietatis ac litterarum rudimenta posuit, deuolueretur. Obedientia, praecipuum Societatis decus, in Benedicto maxime enituit, nam non solum in rebus leuioris momenti moderatorum dictis audiens fuit, sed in arduis quoque et difficillimis, et non uoluntatem tantum, sed et rationem, et ipsam mentem eorum imperio subiciebat. Inter tot egregias uirtutes quibus luculenter insignitus erat P. Rogaccius, duae in eo, de quibus sub initium a nobis mentio facta est, fuerunt singulares. Omnium rerum humanarum, atqrue opinionum alta quaedam despicientia et amor in Deum excellens. Sed prius de hac animi sui despicientia in contemnendis rebus humanis, et postea de charitate dicemus. Animus P. Benedicti ita a natura constitutus fuit, ut sagacissimis sensibus praeditus fuerit, et praestantiam mentis habuerit, in qua fuit mirabilis quaedam uis rationis, et cognitionis et scientiae. Ad hanc naturalem cognitionem supernum lumen accessit, quod inter orandum non raro recipiebat; his luminibus (91) instructus ac coelesti luce perfusus, pretium rerum humanarum apprime dignoscebat, omniaque in terris inania ac prorsus uacua esse existimabat, easque res, in quibus immutabilitas non apparet, quaeque immortalitate, atque aeternitate carent, incredibili quadam animi magnitudine contemnebat. Qua propter, ut Apostoli uerbis utar, amplissimos honores, conspicuas dignitates, primos magistratus, praeclaram nominis aestimationem, uentum popularem, aurum coronarium, immensos pecuniae aceruos, splendorem, ac pulchritudinem urbium, haec omnia arbitrabatur ut stercora, et ut demisse de his sentiebat, sic alta quadam animi despicientia loquebatur. Cum enim orator a Republica Veneta ad Pontificem missus quadam die ad hortum Tyrocinii nostri, consilii a Benedicto capiundi causa, se conferret, acceptoque consilio sermonem cum Rogaccio de pulchritudine Venetae urbis institueret, protinus exclamasse fertur Benedictus: Quid mihi tuae Patriae magnitudinem ac uenustatem commemoras? certe ego neque illius splendore, nec maiestate nec copia, nec pulchritudine tantum recreor, quantum sola paradisi memoria delector. Hisque uerbis summa animi magnitudine prolatis insalutato hospite ex horto domestico discessit, et domum se recepit; ex hoc tamen nouo, atque inusitato agendi modo, et quem homines ad comitatem facilitatemque procliues aspernantur, nulla uirtutis Rogaccii apud Venetum oratorem facta est imminutio, imo summam rerum humanarum despicientiam in eo orator admiratus illum maiori in honore postmodum habuit. Neque Benedictus ex unius Veneti oratoris amicitia, sed ex societate ac beneuolentia plurimorum uirorum (92) principum, ac purpuratorum Patrum se subduxit, qui audita in piis exercitationibus eius coelesti doctrina familiaritatem cum eo inire cupiebant. Onus tamen audiendi confessiones Cardinalis Pauluccii, abiicere non potuit, sed nihil ab illo, nisi animi noxas, si quae erant in piissimo cardinale excipiebat. Haec de sua in contemnendis rebus humanis despicientia dicta sunt, nunc aliqua de charitate dicamus. Charitate in Deum fuit, quanta par est eum

esse, qui cognita ac bene perspecta rerum humanarum inanitate ipsis sponte nuncium remiserat, ut Deo uacaret, eumque unice diligeret, et quamuis studiis occuparetur, ut animarum saluti prodesset, haud unquam tamen cessabat diuina charitas ad eius pectus incredibili cum suauitate affluere, unde tanto illi ardore praecordia extuabant (a e s t u a b a n t), ut inclussus ignis rubore uultus succensi proderetur; nunquam tamen diuinus iste ignis sese prodebat magis, quam inter orandum, sacrificandumque. Plures diei horas dabat Benedictus rerum coelestium contemplationi, quo tempore suspiria uocesque singultibus abruptas emittebat, sic ut foras etiam emanarent. Interdum uero animo a sensibus ueluti auocato oculisque inconniuentibus atque in uno obtutu defixis haerere conspiciebatur; nec solum mentem rerum diuinarum contemplationibus domi occupatam habuit, uerum etiam foris. Solent nostri, qui in Urbe morantur, aestiuo tempore propter caloris molestias dimidium matutinae precationis spatium deambulando consumere, insumebat non raro Rogaccius, sed tempus longius tam sedula mentis attentione ut nihil omnium, quae adstantes agerent, uel obstreperent, perciperet ,gressuque tam celeri incedebat, ut illum, iam senem socius licet iuuenis assequi non posset, dumque per uias sic excurrebat, crebras exclamationes, ac longa suspiria intermiscens, non solum admirationem uiatoribus efficiebat, sed eos etiam ad commiserationem commouebat, existima(93)bant enim illum sic excurrentem ac suspirantem acerbissimis calculorum doloribus cruciari, ille uero diuini amoris telo inter orandum saucius, per uicos exquirebat eum, a quo ad amorem prouocabatur, nec consistebat, donec illum reperisset, qui uulneri suo medicinam faceret. Sed longe maiori incendio Benedictus aestuabat, et flamma diuini amoris latius errumpebat, prodebatque sese, cum ad aram operaturus accederet, et diuinam Hostiam immolaret. Quod olim de Hierotheo magistro affirmauit Dionisius, hoc nostri de Benedicto rem sacram faciente affirmare non dubitarunt, nempe quod per id tempus, diuina pateretur; quandoque in Deum adeo rapiebatur, ut nulla habita adstantis populi ratione, externis actibus internas cordis delicias indicabat, nec uocibus solum, sed pedibus etiam in digitos ita erectis, ut ex ara in qua rem diuinam celebrabat, in sublime ferri, atque in coelum auolare uideretur; quod cum moderatores animaduertissent, Benedictum hortati sunt, ne in posterum in templo coram populi multitudine, sed in domestico sacello sacrum faceret; quod ille quotidie tanta animi dulcedine peragebat, ut hac sola coelesti dape recrearetur, coeteras omnes respueret; cumque Eucharisticum panem in manu teneret, et iam gustandum admoueret ori, paulisper consistebat, et diuinam Bonitatem, Sapientiam, Maiestatem, coeterasque laudes, item infinitam earum praestantiam contemplabatur, et Deum prasentem, quodamodo alloqui uidebatur. At quamuis tot tantisque deliciis Benedictus in terris afflueret, coelestis tamen Patriae desiderio teneri coepit; Deumque maluit facie ad faciem, quam triticeo uelamine

opertum intueri. Hoc unum illi in uotis erat, hoc secum ipse tacitus cogitabat, hoc superos assidue precabatur; cumque extremum diem unus ex nostris in domo Sancti Andreae obierit, exclamasse dicitur (94) Benedictus: Et mihi quando O Bone Deus hac sorte uti licebit! quando diuino tuo aspectu tuaque diuina prasentia frui! — Non longe dies suo funeri destinatus aberat, et forte eum Benedictus, Deo monstrante, didicerat, nam ego ipse, qui haec scribo, cum non multis ante eius obitum diebus, illum in horto Tyrocinii interrogauerim, an opus Diuini Amoris, Unum nempe Necessarium, quod iam pridem Italico sermone scripserat, latino reddidisset? respondit: Cursum consumaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona Iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex. Nec multo post graui morbo correptus in summum uitae discrimen adductus est. Ille tunc ualetudinarii praefectum enixe postulauit, ut sibi sacrum Viaticum properari mandaret, ne summo praesidio in summo discrimine fraudaretur. Ad conspectum diuini Hospitis tanto exarsit Benedictus amore, eaque dedit gestientis animi signa, ut non uelatum Numen adorare, uerum sua luce conspicuum, ac discussa omnis mysterii nube retectum contueri diceres. Interea Clemens XI Pontifex Maximus de graui Benedicti ualetudine extremoque discrimine certior factus, ut suam erga eum uoluntatem probaret, misit qui illi omnium criminum impunitatem impertiret, atque eum suo nomine hortaretur, ut christianam Rempublicam, tot calamitatibus oppressam Deo commendaret, cum primum in coelesti regno fandi potestas concessa fuerit. Benedictus ob tam singulare beneficium summas Pontifici gratias egit, et christianae Reipublicae apud superos memoriam, curamque se nunquam abiecturum pollicitus est. His ita peractis nuncium terrenis rebus omnibus remisit, et mente utcum maxime in coelum intenta (95) pias quasdam e sacris litteris mutuatas uoces identidem uibrabat ad superos, praesertim has, sed nullo metu, aut moerore contractus: Iesu, Fili Dei, ac Magnae Virginis Matris, miserere mei. Eodem semper constitit uultu, eumque ad mortem usque constantis animi indicem retinuit. Obiit in domo Sancti Andreae annos natus 73 VI Idibus Februarii anno 1719. Morbus ingrauescens Patris Benedicti ad aures F. Michaelis Angeli Bosdarii supremi olim totius Ordinis Capucinorum moderatoris peruenerat, cui maxima a pueritia cum Benedicto intercesserat familiaritas, ille statim ad Tyrocinium nostrum se contulit, ut amicissimum hominem extremo morbo laborantem inuiseret, sed non illum in conclaui lectulo decumbentem inuenit, sed in templo, iacentem in feretro. Ille tanti uiri funus lacrymis prosecutus est, quas tamen cohibuit, cum probe nouerit, quot quantisque uirtutibus insignitus ex hac uita discesserit, utque posset sempiternam eius memoriam tenere, et sanctitatem uenerari, Iesum cruci affixum, a P. Carolo Storani Rectore exorauit, ante quem Benedictus orabat assidue. Neque solus Bosdarius Rogacii sanctitatem post mortem magni fecit, uerum uniuersa Societas; eius enim imaginem in tela

coloribus exprimendam curauit, eamque posteris ad imitandum proposuit hoc ornatam elogio: P. Benedictus Rogacci Amoris in Deum scriptor et exemplar.[43]

Scripsit P. Benedictus multa ac uaria, tam latino quam Italico idiomate, tum metro tum soluta oratione.

Latino sermone scripsit Orationes uarias.

Enthymiam id est carmina de tranquillitate animi.

Hymnos sancti Blasii Martyris Ragusinae Reipublicae (96) Patroni, ut morem supplicanti Patriae gereret.

Opus Diuini Amoris, quod ex Italico sermone latino reddidit.

Italico sermone scripsit:

L'Introduzione all' Uno necessario

L'Uno Necessario, in tre tomi distinto.

Appendice all' Uno Necessario

Il Cristiano Raggiustato o pure Esercizij Spirituali di S. Ignazio.

L'Ottimo Stato, Opera postuma

La Grammatica Italiana

La Vita del Canonico Berti per ordine di Clemente XI eletto Arciuescouo di Ragusa.[44]

P. Paulus Bettondi.

P. Paulus Bettondi ex pago Stagnensis ditionis uulgo Cobasc traxit originem. Natus est Ragusii anno 1682.[45] Humaniores litteras et pietatem in scholis Collegii Ragusini didicit; cumque annum quartum decimum expleuerit serio de ineundo religiosae uitae instituto cogitare coepit, nec anceps diu fuit, cui religioso Ordini nomen daret. Societatem Iesu, cuius scholas frequentabat prae coeteris adamaunit. Mentem suam Patri Maiolino praeceptori suo aperuit; ille cum et adolescentis mores, et ingenium nouerat, curam omnem adhibuit, ut Paulus Societati adscriberetur. Ut primum a parente ueniam Tyrocinium adeundi summis precibus impetrauit, illum enim unice diligebat, cum ex prima uxore non alios liberos praeter Paulum nostrum susceperat, una cum Bernando Zuzzeri condiscipulo suo, Anconam uersus profectus est, ex qua ad Urbem se contulit, et Tyrocinium nostrum, non aegra quidem, sed firma ualetudine (97) ingressus est, nullumque ex eo arctioris uitae instituto incommodum sustinebat; sordes per domestica ambulacra uerrere, mensae inseruire, Sacerdotibus ad aram operantibus assidue ministrare, illi in deliciis erat. Feliciter annum integrum in Tyrocinio expleuerat Paulus, nec ullo, uel leui morbo eo tempore tentatus fuit. Mensis Maius aduenerat, quo uirtus tyronum Societatis per experimentum, ut aiunt, peregrinationis a moderatoribus probari solet. Terni mittuntur ad locum aliquem ab Urbe dissitum, et antiqua religione sacrum, ut ibi in templo Deiparae se sistant, si forte constructum sit, uel sancti alicuius lipsana christiano cultu uenerentur; nullum eis uiaticum, uictualia nulla, pauci nummi abeuntibus consignantur, cumque tecto domoque a uiro aliquo familiaritate coniuncto non

inuitantur, ad aliquam religiosam familiam, uel ad publica hospitia diuertunt et stipem ostiatim erogant. Frequentes, tempore peregrinationis, conciones ad populum habent, pueros praeceptis institutisque christianae religionis inmbuunt, odia inueterata atque insita animis nequissimorum hominum, bonitate leniunt, inuidiae incendia restinguunt, et omnes ad praeteritas conscientiae maculas per sacram exomologesim delendas exhortantur. Cum et Pauli nostri uirtus hoc experimento probaretur, multos ille labores in peregrinatione sustinuit, multa incommoda pertulit, quae ei ingentem in dorso tumorem seu gibbum effecerunt. Ille grauitatem morbi aequo animo ferens Tyrocinii tempus non tam in corporis contentione, quam in piis mediationibus, et sacra librorum lectione transegit. Expleto biennio, et uotis religiosis rite nuncupatis ad rhetoricae studia animum applicuit, deinde philosophiae in Collegio Romano operam dedit, sed neque summus rhetor, nec eximius philosophus euasit non ob ingenii tenuitatem, ingenium enim habebat ad omnes scientias (98) accommodatum, sed ob infirmam ualetudinem, quae eum tenebat. Absolutis his studiis docuit grammaticam Perusiae et Anconae. Ex assidua corporis animique in palestra litteraria defatigatione, fractae iam erant Paulo uires ac pene consumptae, qua propter Ragusam missus fuit, ut et parum otii caperet, et ex natiui coeli salubritate beneficium aliquod reciperet. Ragusae e morbo recreatus, refectisque aliquantulum uiribus in Italiam reuersus est Theologiae operam in Collegio Romano daturus. Duobus tantum annis theologiae auditor fuit PP. Ulloae et Panici, reliquum tempus in his studiis impendere ob uirium imbecilitatem non potuit. Relicta itaque Urbe et studiorum curriculo, patriae se restituit, in qua sacerdos initiatus, et ad confessiones excipiendas satis idoneus, animorum salutem procurare coepit et Collegio sacrorum operariorum destituto opem atque auxilium ferre; cumque et uir bonus, et comis et humanus esset, omne hominum genus ad eius pedes accedebat. Ille perhumaniter omnes excipiebat, praesertim pauperes, quorum etiam inopiam sustentabat: plures enim uiros diuites ac pecuniosos habebat sibi familiaritate coniunctos, qui ei ingentem pecuniae uim in egenos erogandae suppeditabant, praesertim Franciscum Rogaccium ciuem pium, et copiis rei familiaris locupletem. Pauli tamen charitas tunc maxime enituit, cum sex uirgines honestae, ac elegantes parentibus orbatae in summa rerum inopia uersarentur. Ille ne ab honestatis et pudicitiae tramite deflecterent, eas assidue inuisebat, subleuabat pecunia, ad pietatem informabat, earumque animos ad praesentem inopiam tolerandam spe futurorum bonorum erigebat. Quamuis Paulus miserorum atque inanissimorum hominum egestatem continuo subleuaret, et in confessionibus excipiendis esset assiduus, praesidebat etiam coetui uirorum, qui mercatu(99)ram faciunt, et qui in his artibus, quas norunt, se exercent. Hi sunc, qui singulis festis diebus ad Collegium Societatis accedunt, et matutinas laudes ante aram Virginis ab Angelo Salutatae canunt alternatim, et singulis mensibus sacra Eucharistia reficiuntur. Hos

Paulus piis sermonibus in proposito confirmabat, et ad amorem erga Virginem magis magisque excitabat. Nec Virgo ab Angelo Salutata tanti studii tantaeque diligentiae immemor fuit. Detinebatur incommodo et graui morbo Paulus, sed ille non tam morbi acerbitatem aegre ferebat quam quod die Virgini ab Angelo Salutatae sacra coetui praeesse non posset, at Virgo ut Pauli obseruantiam, amoremque erga ipsam rependeret, illum eadem sacra die ad Coelum euocauit ut festum adeo solemne, non cum populi multitudine, sed cum beatarum mentium frequentia celebraret, eiusque beatissimo uultu atque aspectu frueretur. Obiit die 25 Martii an 1719, annum agens non dum quadragesimum. Illum mortuum ciues summis laudibus, at homines rerum omnium inopia confecti, lacrymis prosecuti sunt, et mortui cadauer, praesertim dexteram illam munificentissimam, qua opem supplicibus ferebat, turmatim deosculabantur.

P. Ignatius Gradi.

P. Ignatius Gradi, Matthaei nomen quod ex auita familia infans acceperat, propter obseruantiam in sanctissimum Parentem in Ignatii commutauit. Natus est Ragusii anno 1655,[46] duodecim annos ante maximum illum memoria mortalium terraemotum, qua propter uidit subuersam Patriam, uidit domorum templorumque casu oppressos ciues suos, uidit effusos uicinos barbaros ad opum direptionem, quas multorum saeculorum immota congesserat felicitas, uidit immani ruina multo immanius incendium praedantium auiditate conflatum, et ex hoc miserando (100) prostratae urbis aspectu omnia, licet summa, licet praeclara desinere et ad nihilum redire intellexit. Pietatis itaque fuit cultor eximius, et uirtutem nunquam interituram adamauit. Musas etiam coluit, praesertim illyricas; natiuae enim linguae elegantiam leporesque ex frequenti auctorum lectione didicerat. Cum annum duodeuigesimum attigisset, uirilem togam sumpsit, et curiam frequentauit (ex equestri enim Ordine erat), non illam Patrum, in qua difficillimae res et grauissima aguntur negotia, sed eam, ad quam togati omnes nobili genere nati ad creandos magistratus conueniunt. Melitensem in Adriatico Insulam summa integritate administrauit, sed cum prouinciam gubernandi, atque imperandi, non solum difficilem sed etiam plenam periculi uiro christiano esse animaduerteret, magistratibus ac curiae ualedixit, et clericali militiae adscriptus inter canonicos adoptatus est. Sacerdotio initiatus pietati impensius uacauit, et maiorem cum Musis illyricis habuit familiaritatem, sed neque hoc uitae instituto contentus curam omnem adibuit (a d h i b u i t) cum P. Raphaele Tudisio, cuius consuetudine maxime utebatur, ut in Societatem Iesu admitteretur. Impetrata facultate a Romanae prouinciae moderatore Tyrocinium nostrum adeundi, Romam se contulit. In Urbe perhumaniter exceptus fuit a Stephano Gradio Vaticanae Bibliothecae custode, gentile suo cum quo dies aliquot transegit familiariter. Tyrocinium deinde ingressus, sed non ut in Societate solemnem, ut aiunt, professionem emitteret, prouecta enim erat aetate, et ad

superiores scientias percipiendas parum accommodata, sed ut coadiutoris spiritualis munia obiret.[47] In Tyrocinio ad uirtutes animum applicuit, nulli tamen tanto studio tantaque diligentia uacauit Ignatius, quam animi demissioni; sciebat enim ac probe intelligebat uiro in Societate ad solemnem professionem non promoto uirtutem hanc necessariam esse quam maxime. Expleto laudabiliter Tyrocinio, grammaticam docuit Asculi, Viterbii, Fabriani, Montis sancti, tempusque illud, quod a scholasticis occupationibus re(101)reliquum erat, in salutem animarum impendebat. Maxima erat eo tempore Patrum inopia in Collegio Ragusino, qua propter a moderatoribus Ragusam missus fuit, ut eis auxiliatrices manus porigeret. Ragusae munus concionatoris suscepit Ignatius, et exercitium uulgo Bonae mortis, quo homines Societatis ad animarum salutem iam pridem in Italia utebantur, in templo Ragusino Societatis Iesu ab ipso initium habuit. Sed in concionibus, quas ad populum habebat, desiderabatur actio, et gestuum quaedam concinnitas, ac uis dicendi, qua propter modicum ex eis fructum capiebat. Praeerat tunc Collegio Ragusino P. Ardelius Dellabella Apulus uir omni scientiarum genere ornatus, et Dalmatiae Apostolus, cui res Gradii minime probabantur. Ignatius itaque et Patriam, quam uehementer diligebat, et munus concionandi reliquit, ac in Italiam, a moderatore prouinciae uocatus, nauigauit. In Italia praefuit Collegio Recinetensi, ex quo, mutatis rebus, ad Ragusinum se contulit. Post reditum uiginti fere annis in eo uixit, infirma semper ualetudine, attamen et confessiones excipiebat in templo, et damnatos extremo supplicio spe aeternae beatitudinis recreabat. Ferebat etiam sententiam coram Archiepiscopo Ragusino (examinatoris enim munus sustinebat) de scientia ac uirtute clericorum, qui sacerdotio initiandi, ac sacerdotum, qui curam animarum erant suscepturi. Infirmam ualetudinem aequo animo tulit nec unquam de diuturno morbo questus est, ut plerique aliquid queruntur; sicut enim summa animi demissione praeditus erat, ita etiam singulari patientia instructus. Cum liber a morbo esset, studio linguae Illyricae recreabatur, multaque scripsit stylo non ignobili, quae tamen typis non uulgauit. Gesta Petri Magni Moscouiae Ducis Illyrico metro cecinit;[48] est etiam auctor P. Gradius illorum carminum S v e t a M a i k o, quae discipuli in templo Societatis una cum populo, dum exercitium Bonae Mortis peragitur, suaui uoce modulantur. (102) Vitam Beatissimae Virginis a sanctimoniali Maria de Agrada ex Italico idiomatae Illyrico reddere coepit, incoeptum tamen opus ob incommodam ualetudinem non absoluit. Graui et periculoso extorum morbo correptus, cum diuinissimam Eucharistiam sumere non posset ob periculum ne eam per os eiceret, Rectori supplicauit, ut sine mora sacro Oleo ungeretur, qua ceremonia pie riteque peracta, fortis athleta strenue cum morte dimicauit. Obiit septuagennario maior anno 1728 et eadem die in tumulo est conditus, qua Sigismundus ex illius fratre filius uenientem ad limen sponsam inter maximos plausus, et laetas gratulationes excepit, et funere inaspectato humana gaudia luctibus immisceri palam ostendit.

P. Raphael Tudisius.

P. Raphael Tudisius, Patris Raphaelis Prodanelli ex sorore filius, natus est Ragusae 1645.[49] A teneris annis pietatis fuit cultor eximius, non enim ille puerilibus iocis delectabatur, sed tempus illud, quod pueri in honesta animi relaxatione impendere solent, in pietatis officiis impendebat. Templa frequentabat, sacerdotibus ad aram operantibus inseruiebat, et Deiparam singulari amore prosequebatur; huius effigiem e pariete pendentem, tam excedens e paterna domo, quam eandem ingrediens solitus erat deosculari, nec ab opere tam sancto abstinuit, quamuis uirtus sua aliquibus irrisui fuerit. Primis grammaticae rudimentis imbutus, humanioribus litteris, et rhetoricae in scholis Societatis operam dedit. In adolescentia pietatis officia non pratermisit, sed pietatem erga Deum auxit, atque hoc robore animi, atque hac indole uirtutis fuit, ut respueret omnes uoluptates, omnemque adolescentiae cursum in animi contentione confecit: sciebat enim ac probe intelligebat adolescens castitatis amantissimus aetatem illam lubricam ac periculosam a cupiditate et flagitiis disiunctam esse sine certamine non posse. Venatione tamen recreabatur, ut otium declinaret, a qua incredibilem salutaris uitae fructum coepisse testatus est. Vigesimo aetatis anno adolescentes Patricii togam (103) eo tempore induebant senatum adituri, in quo noui magistratus creari solent; sed cum plures ex Patriciis, grassante lethali morbo periissent, adolescentes nobiles, qui annum duodeuigesimum expleuerant, publica auctoritate Senatum adire iussi sunt. Hos inter Raphael noster primus Senatum ingressus est annum agens duodeuigesimum, qui mos multos annos postea uiguit, uigetque nunc. Sed ille Curiam pertaesus, magistratus ac dignitates Reipublicae, quas facile consequi poterat, parui faciens, immortales honores, et gloriam nunquam interituram adipisci statuit, et Societati Jesu nomen dare in qua P. Ignatius Tudisius gentilis suus pie sancteque obierat, et P. Raphael Prodanellus, eius auunculus, cum laude uiuebat; qua propter Prodanello suo conceptum de religiosa uita ineunda propositum per litteras detegit, eique supplicat, ut sibi uiam ad Societatem aperiat. Facultatem adeundi Tyrocinium nostrum Tudisio suo facile impetrauit a moderatoribus Prodanellus, qua de re certior factus Tudisius, et Curiae et Patriae ualedixit, unaque cum oratore, qui ad Senatum populumque Ragusinum sacris quadragesimae diebus conciones habuit, Anconam uer[s]us profectus est mense Maio anno 1665, duobus ferme annis ante quam Ragusina ciuitas maximo illo terraemotu concideret. Venientem ad Urbem incredibili laetitia excepit auunculus; ille tamen longe maiori Tyrocinium nostrum ingressus est; in eo omni studio, omnique diligentia ad uirtutes omnes incubuit, praesertim ad eas, quae uiro Societatis ad bene beateque uiuendum, et ad animarum salutem procurandam necessariae sunt. Sed dum ille corpus in Tyrocinio assiduo labore defatigat, mentemque continua rerum coelestium contemplatione debilitat, in morbum incidit, a quo cum Romae

conualescere non posset, medicorum consilio Neapolim profectus est, ut ex illo saluberiore coelo commodum aliquod perciperet. Maximam ille ex Neapolitano aere utilitatem percoepit, utque celerius Romam redire posset, robur, uiresque in suburbana uilla assumebat; cumque tertia a Paschate die ex ea (104) Neapolim reuerteretur, ut Eucharistiam cum coeteris Tyronibus sumeret, in ipso Urbis ingressu funestissimum suae Patriae excidium eiusque acerbam conditionem ac miserum statum intellexit, et paginis commissum, ac typis uulgatum uidit. Adeo celeres tristis nuncius habet pedes. Ille moerentem Patriam commiseratus, ciues quos a ruinis superstites credidit, Deo enixe commendauit, et preces pro his, quos subitus casus oppressit effundere non destitit. Recuperatis uiribus, et pristinae sanitati iam redditus, ex Neapolitano ad Romanum Tyrocinium se contulit, uotisque nuncupatis ad rhetoricae studium animum applicuit. Praeceptorem in ea facultate habuit Patrem Ioannem Lucari, a quo Raphael noster eloquentiae artem, et dicendi uenustatem didicit. Emenso rhetoricae curriculo philosophiae in Collegio Romano auditor fuit Patris Andreae Semery, quo praeside uniuersam philosophiam coram frequentissimo consessu strenue propugnauit. Magister humaniorum litterarum Ragusam missus anno 1671, quinto a terraemotu, quo tempore Magistri Societatis a Ragusinis desiderabantur, patriam adhuc iacentem, et ruinis fere obrutam inuenit, et ex urbe quondam florentissima pulcherrimaque deforme bustum populi sui factam. Quo tunc dolore Raphael correptus fuit, quas lacrymas fudit, quantum doluit acerbissimum suae gentis casum patriaeque excidium? Exhibitis obseruantiae signis consanguineis, ac ciuibus suis, et refectis recreatisque eorum animis memoria supernae illius et nunquam interiturae ciuitatis, prouinciam sibi commissam suscepit, et pueros prima grammaticae rudimenta iuuenes rhetoricam (unicus enim magister erat), omnes pietatem ac timorem Domini, qui initium sapientiae est, docere coepit. At quamnis et sapientia et auctoritate plurimum ualeret, nihil ominus discipulos in officio facile continere non potuit, praesertim illos, qui in acerbo prostratae urbis casu parentibus orbati nullius uiri auctoritatem, nullius praesentiam pertimescebant, unusque ex eius discipulis processu temporis in tantum audatiae, ne dicam insaniae deuenit, ut Tudisii iam sacerdotio initiati, personam ad risum excitandum (105) in publico theatro gerere non dubitauerit, frustra indignante Stephano Tudisio Raphaelis fratre, et grauissimo Reipublicae Senatore. Quadriennio Ragusae expleto in docendo iuuenes rhetoricam, pueros uero grammaticam, Romam rediit, theologicis studiis operam nauaturus, quo tempore Nicolaum Gozzeum, coniugem sororis suae, oratorem difficillimis Ragusinae Reipublicae temporibus ad Pontificem missum, in Urbe allocutus est, et cum eo gessit familiariter. Absolutis feliciter theologiae studiis Ragusino Collegio se restituit, cui maximo commodo saepe praefuit; nam et illud in meliorem formam redegit, et eam Collegii

partem, quae ad Orientem protenditur, a fundamentis erexit, et Grauosae domum satis amplam et commodam ad honestam animi relaxationem extruxit, pluraque beneficia a uiris principibus, praesertim a Leopoldo Caesare pro Ragusino Collegio extruendo obtinuit, tantoque studio tantaque diligentia res Collegii, ac si suae ipsius essent, curauit, et si aliquando ab exteris repetendae erant, nulla ab eo ratio uiris, neque familiaritate neque sanguine coniunctis habebatur. Plura tamen incommoda tulit Raphael noster, dum Collegio Ragusino praefuit a Patriciis, et ab ipsis semptemuiris, a quibus etiam in Curiam accitus fuit propter Franciscum Gundulam, adolescentem summo ingenio, ac pietate praeditum, qui spretis paternae domus deliciis, cuius unicus superstes erat, Societati Iesu dare nomen uehementer cupiebat, dedissetque profecto sanctissimus adolescens, nisi mors talia meditantem in ipso adolescentiae flore e uiuis sustulisset, et ab Archiepiscopo Ragusino Ioanne Vincentio Lucchesino, cum omne ius omnemque eam auctoritatem, quam ex decretis summorum Pontificum in religiosos uiros accepit, exercere uoluerit. Rem uti gesta est breuiter exponam. Post aliquot ab aduentu Lucchesini in Ragusinam urbem (106) dies uel potius menses nouus Archiepiscopus confessariis omnibus facultatem excipiendi confessiones ademit eam daturus iis tantum, qui specimen doctrinae coram consessu suorum theologorum praebuissent. Hanc rem prae coeteris aegre tulerunt Patres Societatis munusque excipiendi confessiones sponte dimiserunt, ne inusitato suam doctrinam periculo subiicerent. Status confessionibus discipulorum aduenerat dies: solent discipuli qui scholas Societatis frequentant, singulis mensibus peracta exomologesi Eucharistiam sumere, cumque ad templum peccata dicturi accessissent, omnia tribunalia sacris ministris uacua inuenerunt. Rem magistro Antonio Baldassino deferunt, et copiam confessariorum ab eo postulant; ille incogitantium more eos ad Archiepiscopum mittit. Illi, ut magistro morem gerant, agmine facto Archiepiscopum adeunt, et ab eo ut sublatam confessariis facultatem restituat, temere atque inconsulto efflagitant. Grauiter tulit iniuriam, qua affectus est Archiepiscopus, et non tam in discipulos stomacho atque iracundia exarsit, quam in Baldassinum iniuriae auctorem, et in Tudisium nostrum, Rectorem Collegii, qui tantum magistri facinus, tantamque discipulorum audaciam imperio, atque auctoritate non detinuit. Itaque ut Archiepiscopus satisfactionem pro iniuria acciperet, et iracundiam, qua in Patres Societatis ardebat, remitteret, non enim inexorabilis erat, Baldassinus e Collegio exulari iussus est, pluresque dies in Grauosana uilla transigere, et Tudisius coram Archiepiscopo suorumque theologorum consessu se sistere, et delicti ueniam, quasi se deliquisse concedens, his uerbis deprecari:

»Monsig.e Ill-mo, non posso à bastanza esprimere il cordoglio mio, e di tutti i Padri per il graue accidente occorso delli scuolari del Collegio dentro il suo proprio Palazzo. Conosco essere stato

un caso piu che grande degno di (107) graue castigo. Umilmente pero la supplico a credere, che io et i miei Padri di questo caso siamo innocentissimi, essendo tutta la colpa di un solo cioè del P. Maestro dell' Umanità, il quale ha operato non credo con malizia, ma bensi con grandissima inauertenza. Questo mio religioso siccome è stato degnamente mortificato dall' Ecc.mo Senato, cosi sara castigato da me, e dagli altri superiori, in nome de quali la supplico umilmente del perdono.«

His peractis, et sedatis tempestatum fluctibus fauorem ac beneuolentiam, non solum Archiepiscopi, sed et Patriciorum, ac ipsius Reipublicae Tudisius consecutus est, tantoque in honore atque existimatione apud omnes fuit, ut primus inter examinatores, ut aiunt, Synodales habitus fuerit, et inter theologos Reipublicae nulli secundus, donec ab eadem hoc munere priuatus fuit; cum, exortis controuersiis inter Andream de Robertis Archiepiscopum Ragusinum, et Fratres Sancti Dominici, interrogatus a Senatu, quid ipse in re tam graui sentiret eo periculoso, difficillimoque tempore, suam sentiam ex moderatorum iussu, in medium proferre noluit, maluitque tanto officio exauthorari, quam auctoritatem suorum moderatorum parui facere. Horum dictis semper audiens fuit, nullumque domesticum imperium, tam difficile, tam arduum erat, quod ille sedulo, atque impigre non fuerit executus. Paupertatis fuit amantissimus, nullos e paterna domo annuos redditus recipiebat, his rebus contentus, quas religiosa paupertas suis alumnis subministrat, etsi aliquando conanguineorum suorum oblata benignitate, ac liberalitate utebatur, id ipsum modice, uel etiam intra modum, ne uotiuae paupertatis religiosa professio laederetur. Castitatem, quam in adolescentia studiose coluit, integram inuiolatamque usque ad obitum custodiuit. Nec Raphael uacans tanto studio suae saluti alienam neglexit. Quin(108)quaginta et amplius continuos annos, quos Ragusae summa omnium admiratione transegit, excaeptis paucis mensibus, quibus Pataui infirmae ualetudinis causa commoratus est, in commodum suae gentis, suorumque popularium consumpsit. Conciones aliquando habebat ad populum, christianae cathechesi dabat operam assidue, confessiones audiebat in templo, nec solum matronae ad eius tribunal uentitabant, sed etiam ex infima plebe mulierculae, et omne hominum genus. Neque Tudisii charitas unius urbis angustiis detinebatur, sed in apertum campum prodibat, ut agrestes et finitimos etiam populos ad diuinum amorem accenderet: grauissima christianae Reipublicae tempestate à Senatu ad Canalensium ditionem missus fuit, ut gentem rudem atque incultam sacris missionibus excoleret, et diuinam iracundiam uoluntaria corporis afflictatione, et profusis populorum lacrymis desineret; haeque illi ad Canalenses eunti à Republica litterae commendatitiae datae sunt ad Praefectum seu Comitem Canalensis ditionis:

»Il Rettore e Consilieri della
Republica di Ragusa.

Il bisogno che ha la Christianità nei presenti tempi di implorare l'assistenza diuina in solieuo della medesima, ha mosso la uigilanza del Senato di far la missione de Religiosi per lo stato coll'assenso dell'Ordinario, accioche predicando la parola di Dio et amministrando i Santi Sacramenti inducano la gente à ricorrer diuotamente all'aiuto diuino. A questo effetto se ne uengano costa ih P. Rafaele Tudisi con un Compagno, però occorrendoli caualli, gente o altro per seruizio delle loro persone, gli prestarete ogni fauore e assistenza. State sano.

Ragusa 1683.

Octogesimum secundum expleuerat annum Tudisius non dum alienae salutis oblitus, sed cum illi mens senio fluxa et pedes maiori uulnerum dolore, quibus a iuuentute (109) laborauit, affici coeperunt, finem alienae salutis procurandae imposuit, suae tantumodo consulens. Sed neque ille aetatem ingrauescentem, neque infirmam ualetudinem aegre tulit, sed tam morbi, quam ultimae aetatis incomoda forti atque alacri animo tolerauit; incredibili enim fortitudine praeditus erat, qua tot annis, quibus Ragusae uixit plura suorum funera siccis oculis uidit. Postremis itaque quinque ante obitum annis, his tantum occupationibus distinebatur, quae ad beatam uitam promerendam utiles erant, easque uitabat, quae inutiles uidebantur. Sacrorum librorum lectioni, et rerum coelestium contemplationi operam dabat assiduam. Septem Deiparae Imagines in priuato cubiculo ac si essent septem templa Romae Virgini sacra, uenerabatur quotidie, immodicas loquacitates, atque otium fugiebat; cumque eum ex fratre, ac sorore filii amoris, atque obseruantiae causa inuiserent, eos perhumaniter excipiebat, sed cum hora suis precibus stata immineret, finem eorum dictis imponebat, ut sermones cum Deo conferre posset. His uirtutum exercitationibus tanquam ualidissimis armis ad extremum uitae discrimen se accingebat; cumque lethali morbo die sancto Francisco Xauerio sacro correptus fuerit, de periculo monitus ait: Nunc Dimittis seruum tuum Domine. Sacris itaque mysteriis ac caeremoniis rite susceptis summo totius ciuitatis dolore obiit ferme nonagennarius die 5 Decembris an: 1732 professus quatuor uotorum, et inter professos Romanae prouinciae antiquior.[50]

Scripsit libellum illyrico idiomate de laudibus S. Joseph supressoque nomine illum typis edidit Florentiae, Anconae, Venetiis 1723.[51]

Ioannes Flori.

Ioannes Flori ex honesta familia natus est Ragusae anno 1715. Ingenium a natura accepit ad omnes liberales artes, ac scientias addiscendas accommodatissimum (110) et quamuis cum ingenio, et animosos a natura spiritus hausisset, omnes tamen immoderatos animi motus uirtutibus coercebat; in eo enim pietas elucebat, ca-

stitas, amor erga Deiparam singularis, tot tamen uirtutibus instructus, atque excellenti ingenio praeditus, non ausus est P. Maggio Rectori Collegii Ragusini supplicare, tam enim demisse de se sentiebat, ut in Societatem admitteretur. Maggius tamen ab alio sui uoti particeps factus, dedit litteras pro eo commendatitias Romanae prouinciae moderatori, sed hae mullius apud eum ponderis fuerunt. Aliae litterae pro eo missae fuerunt ad praesidem Neapolitanae prouinciae, qui in gratiam P. Michaelis Mondegai Epidaurensis, qui immortalem in ea prouincia memoriam reliquit, Ioannem Neapolitano Tyrocinio adscripsit. Ille in Tyrocinio commodiorem acquirendae sanctitatis occasionem nactus curam omnem ac diligentiam adhibuit, ut animosos spiritus reprimeret, et immoderatis animi motibus fraenum grauius iniiceret. Sed cum satis firma non esset ualetudine, in morbum incidit, tenuique thisi tentari coepit. Remedia omnia a medicis adhibita fuere, ut Ioannes pristinae sanitati restitueretur, sed cum nullum leuamen, nullumque a medicis solatium accepisset, eorum consilio a moderatoribus hortatus fuit, ut Patriae se restitueret et si uellet, cum ad eam peruenerit, nuncium etiam, ni conualesceret, Societati remitteret. Quo moerore, audiens haec, Ioannes affectus fuit, ego uerbis explicare non possum! Lugere, deprecari, supplicare uehementer moderatoribus ut extremum in Societate diem eum obire sinerent, pro qua et Patriam, et parentes deserere non dubitauit, et tot incommoda ac pericula subire non timuit. Supersedere ad haec moderatores illum (111) ad discessum exhortari tum ille solicitudinem omnem de sua perpetua in Societate permansione deposuit, et summa animi tranquillitate usque ad obitum uixit, gratias Deo pro infirma ualetudine, tanquam pro singulari beneficio agens. Sed cum eius salus a medicis proclamata fuerit, a moderatoribus impetrauit, ut uota, quae simplicia uocamus, emitteret, quibus securior, ac uelocior ei aditus pateret ad coelum. His rite emissis placido fine quieuit anno 1735. Post eius obitum Rector Neapolitani Tyrocinii hanc epistolam ad P. Mascardum Boroli in Apulia Rectorem dedit, ut eam ad Ioannis genitorem, solatii causa, transmitteret:

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

P. C.

Prego V. R. à compiacersi di far capitare per mezzo del P. Rettore di Ragusa al Sig.e Florio Flori la notizia, che alli 17 corrente passò à miglior uita il suo figliuolo, e nostro fratello in Cho Gian Benedetto Flori da questo Nouiziato doppo 6 mesi, e piu d'infermità, nel qual tempo fin da primi giorni del male si sono sperimentati tutti li medicamenti, che contro l'etisia, di cui era infetto, prescriue l'arte, e i medici, anche i piu celebri di questa città hanno saputo applicargli senza hauersi hauuto il minimo riguardo à spesa ò ad'incommodo ueruno, fino à priuarmi di tre camare, che hauendo interiormente la communicazione dell'altra, erano le piu adatte a prenderui li fumi del cinabro con tutta sicurezza, e con non piccola speranza di hauerne giouamento, assistito notte, e giorno

di continuo dal migliore, e piu sperimentato infermiero dell' Ospedale degli Incurabili per lo spazio di un mese e mezzo. Altro rimedio non si è lasciato indietro. che quello dell'aria natiua (112) come gia accennai à V. R., ma la pertinacia e ueemenza del male non ci ha dato questo tempo, e per altro questo era un rimedio abborrito da lui piu della morte che può credersi ottenuta da lui con le sue orazioni: tanto era l'acceso suo desiderio di morire nella Compagnia, in cui mori, come ui era uissuto molto lodeuolmente, tutto rassegnato, e conformato nel diuin uolere, con una mirabile contentezza e quiete d' animo senza agonia, senza affanno, che pareua placidamente dormisse, ne diede altro segno nello spirare, che di aprire gli occhi, che prima per qualche spazio d' ora haueua tenuti chiusi, come in un dolce sonno; cosa che cagionò marauiglia, e tenerezza, non solamente in me, et in altri de nostri, che gli assisteuamo, ma anche nel sopradetto infermiere, che ui si trouò presente, come non osseruata mai in uerun altro. Nel giorno precedente alla sua morte, haueua riceuuto per la seconda uolta il SS.o Viatico, e nella prima uolta, che il riceuè fece auanti à me i santi uoti di religione impetratigli da me, hauendo molto prima, mentre era sano, fatti i uoti di diuozione, sicche non e morto nouizio, ma uero religioso. Mi par bene che tutto cio sappia il di lui signor padre per sua consolazione, e per questo mi sono tanto disteso in questa mia. La riuerisco finalmente con tutto l' ossequio, e la prego à ricordarsi di me nei santi Sacrifici.

D.V.R.

Napoli 22 7bre 1736

Umil(issi)mo seruo in Ch.o
Carlo Vespolo

F. Nicolaus Siurich.

F. Nicolaus Siurich suam traxit ex Bosnia originem, sed Ragusii natus est in domo paupere, quamuis mercatorem praediuitem, ac satis locupletem habuerit consanguineum. Puer, scholas nostras frequentauit, sed inuita Minerua, ingenium enim non satis ad litterarum studia accommodatum habuit. Scholis itaque, grandior ualedixit, et in Collegium nostrum admissus fuit, ut sacerdotibus ad aram operantibus inseruiret et sub disciplina Fratris Ielch ex nostra Societate uiri religiosissimi, ac piissimi, non solum sartoris artem, sed etiam pietatem addisceret. Ille pluribus annis, quibus Collegium incoluit, et artem à tali magistro, et pietatem didicit, tantoque uitae religiosae amore captus est, ut Societati nomen dare, et inter Fratres, quos coadiutores dicimus, adscribi decreuerit; sed cum mentem suam de amplectendo religioso instituto Rectori Collegii Ragusini aperuerit, ab eo uiam sibi praecludi ob infirmam ualetudinem intellexit; non tamen ille despondit animum, sed rem assiduis precibus Deo commendabat et magnis sui corporis cruciatibus tantam ab eodem gratiam promereri studebat. Cum uero in Collegio Ragusino operam perdere animaduertisset, ire in Italiam statuit, si forte faciliorem ingrediendae Societatis uiam inueniret. Paucis diebus Neapoli commoratus, Romam se contulit. Erat id

temporis in ea Urbe P. Franciscus Maggius, qui propter eius summam humanitatem, et singularem amorem, quo Ragusinos omnes prosequebatur (Collegio enim Ragusino semel atque iterum praeerat) Nicolaum nostrum ad se uenientem excepit perhumaniter, omnemque lapidem mouit, ut inter famulos Collegii Romani, qui in domesticis officinis inseruiunt, admitteretur. Quo gaudio perfusus fuit (114) Nicolaus, cum aditum sibi ad Societatem patere animaduerterit haud facile explicari potest. Anno non dum in famulatu expleto, cum pluribus experimentis sua uirtus prouinciae moderatori probata fuerit, Tyrocinium nostrum ingressus est anno 1737, et inter Fratres coadiutores adscriptus. In Tyrocinio uirtutes omnes adamauit, praesertim eas, quae coadiutoribus ad bene beateque uiuendum necessariae sunt; at ueritus ne aliquando in Patriam, cui perpetuum nuncium remiserat, a moderatoribus amandaretur ut in Ragusino Collegio ea munera obiret- quibus Fratres Societatis distinentur, Indicam nauigationem enixe postulauit, qua impetrata adhuc Tyro, difficillimum iter aggressus est annum agens non dum trigesimum; sed cum infirma esset ualetudine, ingentes labores, et grauissima incommoda sustinere diu non potuit, qua propter eam uitam, quam pro Indis in Paraquaria profundere cupiebat, in itinere India, nec a longe salutata, profudit anno 1738.

Antonius Petrouich.

Antonius Petrouich non ex ciuica, sed ex alia honesta familia natus est Ragusae anno 1721. Adhuc puer matre orbatus est, ille tamen honestam uitae rationem sub nouerca instituit, et pietatem ab ineunte aetate coluit. Iis studiis traditus, quibus pueri informari solent, non leues in eis fecit progressus, magis etiam sub disciplina magistri Ioannis Baptistae Buttari profecit. Hic est ille Ioannes Baptista Buttari, qui quatuor integros annos in docenda grammatica in Collegio Ragusino incredibili discipulorum utilitate consumpsit, neque solum in litteris eos erudiebat, sed bonis moribus adeo informabat, ut omnes modestiam, castitatem ac pietatem spirare uiderentur. Ex circumscriptis scholae limitibus, ueluti e quodam laborum Tyrocinio ad uastissimos, ac laboriosissimos Indiae campos se (115) contulit, ubi ingentem animarum fructum reportat, maiorem in dies reportaturus. Cum igitur Antonius noster a tanto praeceptore, et grammaticam, et pietatem didicerit et in prima classe, docente P. Sanetino, non mediocre ingenii specimen praebuerit, dignus fuit, qui a moderatore Neapolitanae prouinciae, procurantibus Ragusini Collegii Patribus, in Tyrocinium admitteretur, quamuis recens in eo erat memoria F. Ioannis Flori in ipso iuuentutis exordio morte sublati: Tanta erat P. Michaelis Mondegai Epidaurensis in ea prouincia auctoritas, ut municipibus suis, uel extinctus prodesset. Antonius in Tyrocinio totum se ad uirtutum acquisitionem tradidit. Mira in eo elucebat modestia, summa animi demissio, incredibilis in tolerandis rebus aduersis fortitudo, sed praecipue charitas in Deum, cuius suauissimo aspectu recreari uehementer exoptabat. Eodem

itaque morbo correptus quo F. Ioannes Flori, in leuem sed assiduam incididit febriculam, a qua nunquam conualuit. Obiit non expleto Tyrocinii biennio, anno 1740., annum agens undeuigesimum, sed non Tyronis uirtutes, sed militis ueterani imitandas posteris reliquit. Ante obitum paginas aliquot à Ven: Patre Francisco de Hieronymo exaratas, et ex authenticis locis depromptas Collegio Ragusino transmisit monumentum et pignus sui erga illud amoris, et obseruantiae.

P. Ioannes Luca(s) Zuzzeri.

P. Ioannes Luca Zuzzeri, frater Benedicti, qui post annos 17 Societatem reliquit, et filius ex fratre P. Bernardi, natus est Ragusae anno 1716.[52] Puer scholas Societatis in patria frequentauit, et in eis ingenii specimen praebuit, cumque humanioribus litteris operam daret, quamuis animum haberet ad pueriles nugas pronum inclinatumque, pietatem tamen ita coluit, ut nunquam creditur a recto innocentiae tramite deflexisse. Contine(116)bat etiam illum in officio praesentia P. Bernardi patrui sui a quo salutaria frequenter monita accipiens Societatis amore captus est; annum itaque agens decimum quintum Romam cum Bartholomaeo Bettera condiscipulo suo profectus est et ambo Tyrocinium nostrum ingressi sunt sub disciplina P. Francisci Piccolominaei, uiri summa prudentia, doctrina, atque integritate praediti. Expleto Tyrocinii biennio linguae Graecae et Latinae Ioannes Luca operam nauauit egregiam, et die Sancto Stanislauo sacro, coram Patribus conuiuis eius laudes elego uersu celebrauit. Mathematicam deinde in Collegio Romano didicit, et philosophiam uniuersam propugnauit. Maiorem etiam laudem in studiis philosophicis assecutus fuisset, si animum ad haec unice applicuisset. Humaniores litteras docuit Senis, Laureti, et Maceratae, quo tempore ingentem ex antiquis numismatibus eruditionem comparauit, seriem Caesarum, temporumque historiam aliquando fortasse scripturus. Ex magistro humaniorum litterarum auditor theologiae factus est, sed neque Graecas nec Latinas litteras intermisit, quin et uices magistri rhetorices in Collegio Romano autumnalibus feriis gessit, et eruditam dissertationem recitauit, quae non solum Romae, sed etiam in Gallia laudatores habuit, ut omittam coeteros, P. Franciscum Berthier Treuoltianae Academiae moderatorem silentio praeterire non possum qui in epistola ad Ioannem Lucam scripta haec habet:

»Macte igitur animis, Reuerende admodum Pater, quosque in historiae studio, in monumentorum cognitione progressus fecisti, hos in dies promoue neque te disturbari sine. Facies nobis pergratum si lucubrationes tuas nobis communicatas uelis; id pro certo habe locum in Commentariis nostris partum paratumque esse, quod certe paucis contingit; tua sunt ad unguem composita, nulliusque uel emendationis uel indul(117)gentiae indigent etc....«

Iamque sacerdotio initiatus erat, ad quod non nisi paratus probatusque accessit; sacris enim meditationibus, semotis rebus aliis, octo diebus continuis uacauit in quibus, et tenues conscientiae

si quae erant, labeculas deleuit, et animum uirtutibus plurimis exornauit, sexque tantum diebus nouus sacerdos ad aram operatus est, cum grauissimo eoque periculosissimo extorum morbo inter orandum correptus a Seminario Romano, in quo uices tertii moderatoris gerebat, ad Romanum Collegium medicorum consilio delatus fuit, ut commodiorem ei facerent medicinam, sed omnia medicorum conamina atque remedia irrita fuerunt; ingrauescente enim morbo, quem inuicta animi patientia tolerauit, non dierum, sed recte factorum plenus obiit Romae 18 Nouembris 1746 annum agens trigesimum. Plures dissertationes typis edidit haeque sunt:

Di una antica Villa scoperta sul dosso del Tuscolo e di un antico Orlogio a sole tra le rouine della medesima ritrouato.

Dissertazioni due composte dal P. Gian Luca Zuzzeri della Comp.a di Gesù. In Venezia l'anno 1746.

Sopra una medaglia d'Attalo Filadelfo, e sopra una parimente d'Annia Faustina.

Altre due dissertazioni composte dal medesimo autore.

P. Blasius Bolich.

P. Blasius Bolich natus est Ragusae anno 1717 in domo honesta, ac opulenta, et quamuis unicus haeres amplissimi patrimonii esset, totum tribus sororibus reliquit, quarum (118) duae uirginitatem suam Deo uouerunt Romae, in domo Sanctae Teresiae, eiusque leges ita seruant, ut ab iure nunquam abeant. Ille Societati nostrae adscriptus est anno 1733 una cum Benedicto Zuzzeri, qui ut supra innuimus Societati ualedixit ut suorum indigentiae, ac fortunis subueniret, et Archiepiscopus Sardicensis creatus est. Innocentiam et uitae integritatem detulit in Tyrocinium Sancti Andreae Blasius noster, et uirtutes, quibus in paterna domo instructus fuit, in religiosa, mirum in modum auxit. Expleto pie sancteque Tyrocinio, rhetoricae operam nauare coepit sub disciplina Patris Rotii, in qua propter ingenii praestantiam eximios fecit progressus, et primus inter condiscipulos habitus est, dignus proptera, qui laudes S. Stanislaui die illi sacra, carmine celebraret. Graecas etiam litteras didicit, quas toto uitae tempore coluit, hisque delectabatur uehementer. Missus e domo Sancti Andreae ad Collegium Romanum ut philosophicis studiis uacaret, praeceptorem in his habuit P. Laurentium Ricci, qui post obitum R. P. N. Aloysii Centurioni ad regimen uniuersae Societatis euectus est. Sub tanto praeceptore philosophicas theses Blasius propugnauit, et deinde magister humaniorum litterarum designatus est. Has docuit, Pistorii, Liburni, Laureti et Perusiae, dignus qui artem bene dicendi in praecipuis Italiae urbibus et academiis doceret propter latinae linguae peritiam, et omnigenam eruditionem, rerumque antiquarum notitiam, docuissetque profecto si artem etiam calluisset cohibendi insolentiam discipulorum, et audaces iuuenum animos in officio continendi. Quinque et amplius annos consumpsit P. Bolich in docendo adolescentes humaniores litteras. Sexto anno ad hanc prouinciam sponte se obtulit

moderatoribus, qui praeceptorum opera indigebant. Functus magistri munere, Theologica studia aggressus est, eundemque in his praeceptorem habuit, quem in Philosophicis. Auditor theologiae, et linguam graecam, docuit iuuenes, qui rhetoricae scholam in Collegio Romano frequentant, et difficillimas quaestiones quarto Theologiae anno adolescenti(119)bus in Collegio Germanico explicuit. Absoluto huius facultatis curriculo Ragusam missus est à P. Timoni moderatore Romanae prouinciae ut Ragusinos adolescentes philosophiam doceret, si eos ad haec studia propensos inueniret. Venetiis nauim Ragusinam ad nauigandum paratam inuenit, eam conscendit, sed tempestas in Histria cohorta eum in maximum uitae discrimen adduxit, illius tamen precibus, uotisque nuncupatis, placatus Deus, grauissimam tempestatem sedauit, ex eaque Blasius incolumis euasit, appulitque Ragusium 1 Septembris 1749. Magister philosophiae renunciatus plures adolescentes alacri animo ad illum audiendum conuenerant, sed illi euenit, quod P. Cassius narrat sibi docenti Ragusinos philosophiam, euenisse: auditoribus caruit; aliqui enim logica non dum absoluta, aliqui physica uix salutata, philosophiae ualedixerunt. Hanc Ragusinorum inconstantiam aegre tulit Blasius noster, sed a querelis abstinuit, suaui enim ingenio, et placidis moribus praeditus erat. Dimissa praeceptoris philosophiae prouincia, operarium hominem in Collegio, atque in templo agere coepit, sed modestia, et uerecundia quaedam uirginalis illum ab operando, tractandoque libere, praesertim cum foeminis, retardabant, conciones tamen per quinquennium habuit in templo, aestiuo tempore, quod munus libenter peragebat, illud tamen coactus dimisit. Lethalis morbus Ragusinam urbem anno 1756 inuasit, ex quo plures uiri, clari atque conspicui, breui dierum spatio occubuerunt, tanta erat illius uis ac magnitudo, inter quos F. Hyacintus Miglkouich ex Ord. s. Dom. Archiepiscopus Ragusinus, qui aeternam in hac urbe memoriam propter mores suauissimos, et diligentiam qua uigilanter prouinciam administrabat, reliquit. Hoc morbo correptus fuit P. Blasius, sed ille neque tristari, neque moerere, sed potius gratias Deo, tanquam pro accepto beneficio egit; cumque salutem suam fere proclamatam intellexerit, omne studium, ac diligentiam adhibuit ut extremum diem pie sancteque clauderet, quod non erat difficile ei qui a pueritia fuit uirtutis cultor assiduus. In primis ille consanguineos suos quorum plura funera, siccis oculis uidit, caros habuit et honesta quadam beneuolentia incolumis complectebatur, praesertim F. Gabrielem (120) ex Dominicana familia auunculum suum, quem etiam crebris muneribus afficiebat, ut uitam senio pene confectam sustentaret, aegrotus tamen censuit omnem illorum memoriam non solum ex oculis, sed etiam ex animo funditus tollere, et Deum singulariter diligere ac Beatissimam Virginem, quae illi semper in amore ac deliciis fuit. Praeterea in grauissimo morbo fuit hac indole uirtutis, ut respueret omnes uoluptates, atque delicias, et omnem reliquae uitae cursum in animi contentione conficeret. Pharmaca, ac remedia, quibus a diligenti medico curabatur, quamuis suis sensibus essent

odiosa, et ab eis abesse desideraret, tamen patienter accipiebat. Saepius se suamque uitam Deo supremo uitae Auctori offerebat, dicebatque ex animo; si plures haberet, ne unam quidem in terris retenturum, ut possit omnibus exuto corporis impedimento beate uiuere, et iucundissimo Dei aspectu frui; uidebatur enim de sua aeterna salute certior quoadamodo factus. Hanc in eo quamcumque certitudinem admiratus eius conscientiae moderator, illum deprecatus est, ut illi simpliciter ac candide diceret, in qua re potissimum eam aeternae salutis securitatem collocaret? In Virgine, respondit, illa enim beatissimam uitam spondet his, qui eam laudibus efferunt, eius honorem augent, et cultum amplificant; leguntur enim in Eccles(iastico 24, 31) uerba illa: »Qui elucidant me, uitam aeternam habebunt«, quae illa usurpare creditur; cumque ego pro uiribus meis cultum eius amplificare studuerim, non dubito, quin Virgo fidelissima promissis steterit. Effigies Romae colebatur Beatissimae Virginis a Bono Consilio nuncupatae, haecque erat celeberrima propter frequentiam ac magnitudinem miraculorum, quae in dies perpetrabat; non unam aut alteram effigiem, sed ingentem earum copiam suis sumptibus deferre studuit P. Blasius ex Vrbe Ragusium, easque Ragusinis eo animo largitus est, ut Virginem Magistram Consiliorum omnium, totiusque uitae haberent, nullaque fuit, nec modo est, honesta domus, in qua quotidie Virgo a Bono Concilio nuncupata a domesticis non colitur. Hic cultus debetur pracipue Blasio nostro, qui quanto mor(121)ti erat proximior, tanto uidebatur alacrior. Admirabantur Patres qui ei morituro aderant hanc animi sui tranquillitatem, atque laetitiam, et uberes ex oculis fundebant lacrimas, non tamen moeroris sed consolationis, reddebantque gratias Deo, qui Blasium tot tantisque donis cumulauit. His uirtutibus ornatus innocentem spiritum Deo reddidit 16 Februarii 1756 professus quatuor uotorum; anno non dum trigesimo nono aetatis expleto.

Multa reliquit ingenii monumenta, sed inedita, praesertim Carmina.[53]

P. Franciscus Martini.

P. Franciscus Martini natus est Ragusae anno 1670. Puer Societatis scholas frequentauit in eaque adhuc tenera aetate Ioannem Baptistam Ptolomaeum praeceptorem habuit, eoque docente magnos fecit progressus. Emmenso feliciter rhetoricae curriculo togam induit, et in secretam, non Patrum, sed septemuirum Curiam, annuentibus tamen Patribus, admissus est, ut Reipublicae commodis inseruiret, quam tamen breui deserere coactus fuit. Cum enim puellam, ex nobilissima familia, urbanitatis gratia salutavisset, maximam in se iracundiam consanguineorum puellae concitauit, quam ut iuuenis, coeteroquin honestus, declinaret, Curiae valedixit, et properato Anconam uersus profectus est. In qua urbe secum ipse serio cogitans, et mente reuolvens pericula ac infortunia, quae sibi in reliquo uitae cursu accidere poterant, statuit Societatem Iesu, tanquam portum tempestatibus uacuum ingredi, quamuis unicum esset germen suae

peruetustae familiae. Ut primum facultatem adeundi Tyrocinium a moderatore Romanae prouinciae obtinuit, ad illud se contulit. Praeerat tunc tyronibus Pater Piscicellus, uir omni uirtutum genere instructus, quas Franciscus omni studio ac diligentia imitandas sibi proposuit, ingentemque harum cumulum nuncupatis uotis ex Tyrocinio ad rhetoricae studia detulit. His absolutis philosophiae in Collegio Romano operam dedit, in qua facultate maximum ingenii specimen praebuit, praesertim in propugnandis coram publico sapientissimorum uirorum consessu universae philosophiae quaestionibus. Magister humaniorum litterarum renunciatus eas Spoleti et Romae docuit. Theologiam aggressus praeceptorem in hac facultate habuit Patrem de (122) Ulloa Hispanum, uirum ingenio praestantissimum. Secundo et tertio theologiae anno philosophiam nobilibus Seminarii Romani iuuenibus explicuit, quarto, dignus habitus est, qui theologiam alumnis Collegii Germanici atque Hungarici explicaret. Erat eo tempore Romae Antonius Righius, quem Senatus Ragusinus propter mores ingenuos, uitaeque probitatem commendatitiis litteris ad Urbem miserat ut Tribuniensis Pontifex à Clemente undecimo in locum F. Antonii Primi iam extincti sufficeretur. Maxima erat Francisco nostro cum Righio non solum familiaritas, sed etiam sanguinis coniunctio, qua propter Righio redeunti Ragusium post obtemptam Tribuniensis Ecclesiae dignitatem, additus est itineris socius P. Martinus, ut duas sorores praesentia recrearet, quae in honestissimas Ragusinorum ciuium familias nuptae, eum videre uehementer cupiebant; quarum unam defuncto primo viro, Georgius Foscarini Patricius Venetus duxit. Vt primum nauis, quam Franciscus Anconae conscenderat prospera nauigatione Ragusinum portum attigit, eiusque in patriam aduentus consanguineis innotuit, incredibili omnes laetitia affecit, sed haec breuis admodum fuit. Rectoris enim dignitatem eo mense in Republica sustinebat patruus illius puellae, sed tunc matronae, uiro orbatae, quam olim Franciscus urbanitatis gratia salutaverat; quod cum adhuc ille post annos quatuordecim memoria retineret, alte enim animo suo ea salutatio insiderat, inconsulto Senatu, et sine Patrum suffragiis secretum ad P. Martinum nuncium misit, qui ei aperte indicaret, ut sine mora e Ragusina ditione discederet, et consanguineos licet insalutatos relinqueret. Inespectatus hic ei nuncius accidit, et quamuis probe intelligeret uirum in ea dignitate constitutum nullam in hominem Deo dicatum auctoritatem habere, uoluit tamen iniquae temporum conditioni cedere, et suorum praesentia, colloquioque privari, ne qua in eos inuidia, aut odium potentissimorum hominum redundaret. Tertio igitur a suo adventu die, coactus fuit patriam deserere, non minori sua, quam suorum tristitia. Romae restitutus quarto theologiae anno sacerdotio initiatus est, et in Collegio Germanico uberius, atque ad alumnorum intelligentiam accomodatius, et magistri potius, quam auditoris more, universam theologiam coram magno sapientissimorum homi(123)num consessu propugnauit. Absolutis feliciter studiis, Senas, Hetruriae urbem celeberrimam, missus est, ut in ea iuuenes ad omnes scientias addiscendas accommodatos, Philosophiam do-

ceret, quo tempore solemnem, ut aiunt professionem emisit anno 1706 et maiorem non solum cum Societate coniunctionem habuit, sed etiam cum Deo Optimo Maximo habere studuit. Magnam laudem magister Philosophiae Senis est assecutus, qua propter a moderatore prouinciae ad Urbem vocatus est, ut eandem facultatem doceret in Collegio Romano florentem illam ac numerosam iuuentutem. Plures ex nostris auditores habuit ingenio praestantes, sed omnibus praestantior fuit Fabius Danzetta, cuius deinde opera Benedictus Decimus quartus utebatur assidue, eiusque sententiam, non temere, sed matura deliberatione prolatam, non modo laudabat, sed etiam amplectebatur, tantamque Fabius laudem sapientia, et vitae probitate apud Patres promeruit, qui extincto R.P.N. Francisco Retio Romam ad comitia conuenerant ad creandum supremum Societatis moderatorem, ut aliqui eum dignum suis suffragiis existimarint, qui universae Societati praeesset. Ut primum Martinus philosophiae docendae in Collegio Romano incredibili auditorum utilitate finem posuit, propter illius singularem prudentiam, ac circunspectionem Rector designatus est Maceratensis Collegii, in quo luctuosus, ac peracerbus casus acciderat. Conuenerant discipuli ad locum, in quo festis diebus honor debitus Virgini Beatissimae praestabatur, ut in sacris coetibus, ac sodalitiis fieri solet, iamque illius laudes pie ac religiose celebrabant, cum repente tectum male laqueatum ruinam moliri. Praeceptor qui in scholae limine discipulis praesidebat, ut primum lacunar in praeceps ruere animadvertit, fugam arripuit, sed fugiens ueste, quae ex humeris pendebat, lignum ostii, quod tum patebat, ad se traxit, et scholam, nil tale cogitans, clausit. Discipuli periculum capitis, uitaeque discrimen euadere uolebant, sed clausis foribus e schola exire non poterant, tectum interim male materiatum, et quod ruinam moliebatur cecidit, eosque miserime enecavit. Casum adeo acerbum uehementer doluerunt Maceratenses, praesertim illi, quorum liberi extincti fuerunt, et magistri facta, nomen, faciem adeo detestabantur, ut nostri moderatores ad leniendum eorum dolorem, et inustum animis odium extinguendum, illum e Maceratensi schola subduxerint. Alius tristis casus Maceratae contigit, et tunc Colle(124)gio P. Martinus praesidebat. Construebatur a nostris aedificium non tam ad uenustatem, quam ad necessitatem. Fabri qui illud ex uario lapide, ac calce construebant, aqua continua indigebant; ob hanc causam, puteo qui aedificio proximus erat, nullum a superiori parte operculum imposuerant, cumque puer tenero ac molli passu per eam viam incederet, in puteum cecidit, et mortuus est inuentus, quod ut Maceratenses resciuerunt, depositum in nos paulisper odium, renouarunt. Hanc iniquam fortunam aequo animo ferebat P. Martinus, sed non tulit eam diu. P. enim Ambrosius Centurionus, qui Romanam provinciam regebat, eum socium delegit laborum itinerumque suorum. Nec solum P. Martinus fuit socius P. Centurioni, patrui R.P.N. Aloysii, uerum etiam P. Ioannis Baptistae Spinulae, et utrique acceptissimus. Utramque deinde poenitentiariorum, ut aiunt, domum rexit Lauretanam et Romanam. tranquille, placide ac utiliter, magna etenim inerat Francisco comitas, et ad omnia naturalis ingenii dexteritas. Post poenitentiariorum domos Florentinum gubernauit Collegium, cumque se coram Ioanne Gastono Magno Hetruriae Duce observantiae causa sisterit (s t i t e r i t), interrogatus ab illo, ex qua urbe esset? Ragusina, respondit. Tunc illum Princeps illirica lingua alloqui coepit, hanc enim in Boemia apprime didicerat, sed Franciscus, quamuis uerba in mente clausa, in lingua tamen prompta non habebat, patriae enim, ex qua veluti fugiens discessit, nunquam se restituit. Munus Rectoris sus-

Boemia apprime didicerat, sed Franciscus, quamuis uerba in mente tinuit summa cum laude Florentiae, non enim corporibus solum, uerum etiam animis, oculisque inseruiebat Patrum. Triennio in ea urbe expleto Roman uenit, curaque ei demandata fuit gubernandi Colleg. German. atque Hungaricum, ad quod ex tota Germania, atque Hungaria iuuenes ingenio praediti, et plures ex his etiam nobilitate conspicui accedunt ut ad Patriam pietatem, religionem, ac sapientiam transferant; ille tamen in eo non illam pristinam, atque exactam legum custodiam inuenit, sed pietatem imminutam, studia neglecta, omnia denique confusa, atque inordinata. Cupiens itaque pristinam Collegio formam, et antiquam legum custodiam restituere, coepit uideri asperior, ac durior, quam (125) in se fuit, et seuere, ac grauiter cum iuuenibus agere; sed illi a seueritate, et gravitate abhorrentes durum a ceruicibus iugum excutere pro uiribus contendebant; et aliqui ex illis uirum in dignitate constitum adierunt, ut eius svasionibus, ac potius auctoritate Rector seueritaten grauitatemque deponeret, et mores placidos, ac mansuetos indueret. Quod cum factum fuerit, ex Rectoris humanitate, ac mansuetudine illorum audacia, atque insolentia adeo creuit, ut Patrem, quem uocant ministrum, cui potissimum cura iuuenum demandata est, coeperint parui facere, eiusque dictis esse minus audientes, quamuis illi neque ratio, neque consilium, neque prudentia, neque humanitas ulla defuerit; qua propter ab officio, et a Collegio minister discessit, et in eius locum alius suffectus est; sed frustra, domestica enim iura, et leges ad utilitatem iuuenum sancitae ab illis corrumpebantur. Haec tanta Collegii Germanici, atque Hungarici mutatio, rerumque domesticarum perturbatio ad aures purpuratorum Patrum peruenit, penes quos est summa potestas noua iura condendi, uetera abrogandi, iuuenes e Collegio expellendi, et Patres ab eodem remouendi, si haec neccessaria sunt ad conseruandam Collegii pacem, uel ad tranquillitatem recuperandam. Cum itaque modus, quem tenebat P. Rector in regimine purpuratis Patribus non probaretur, Francisco Retio Supremo Societatis moderatori significarunt, ut nouum Rectorem crearet, qui Collegio Germanico atque Hungarico praeesset, et P. Martinum, non solum a Collegio, sed etiam ab Urbe remoueret. Haec significatio magnam molestiam attulit Retio; summa enim beneuolentia Patrem Martinum prosequebatur, sed mandatis tantorum uirorum obtemperavit, et Franciscum Firmano Collegio praefecit. Ille ex Urbe discedens, neque de aduersa fortuna questus est, ut plerique aut aliquid queruntur, aut etiam exprobrant, neque vultu ad moestitiam composito animi sui ostendit dolorem, sed magna dis-

simulatione usus est. Non solum Firmani Patres eum libenter atque humaniter excoeperunt, sed uniuersa Firmana ciuitas uehementer suo aduentu gauisa est; et ille in Collegio non Rectoris solum, sed operarii etiam munus exercuit; quotiescumque enim concionandi dabatur occasio, magna eloquentia utebatur, et inusitato quodam dicendi modo auditores ad pietatem excitabat. A Firmano Collegio ad regendum Perusinum se transtulit, sed eius mora Perusii non fuit longa. Sedata enim tempestate, ad Urbem reuersus est, rexitque Collegia (126) Graecorum, Scotorumque. Iam ad senectutem peruenerat P. Martinus, sed ad res gerendas non solum uidebatur inutilis, sed etiam utilior, posteriores enim cogitationes, sapientiores esse solent. Qua propter eum professorum, ut aiunt, domui P. Retius praefecit, ut eam senili prudentia gubernaret. gubernauitque non modo summa illorum grauissimorum Patrum approbatione, uerum etiam ipsius Patris Retii, nec munus gubernandi post triennium deposuit ut coeteri gubernatores solent deponere, sed per sex continuos annos illam religiosissimam domum moderatus est, Nostrique illum quibus uehementer gratus ac iucundus erat propter singularem animi candorem, lepide ac iocose Martinum Sextum uocitabant. Cum iam esset grauis annis, pondus moderandi alios, diutius sustinere non potuit, abdicari itaque moderamine uoluit, et relicta cura alienae salutis, omne studium omnemque diligentiam in Collegio Romano adhibuit, ut suae unice uacaret. Sermocinabatur tamen inter domesticos parietes, nostrosque interdum ad uirtutes, maxime ad illas, quae uiros religiosos decent adhortabatur, auditoresque in sene non tam facundiam, et sermonis elegantiam, quam memoriam admirabantur, cui quaecunque commendabat, nunquam neque illa tam graui ac longa aetate amittebat. Mane tempus in templo consumebat, studebatque sacris omnibus, quibus poterat interesse; a prandio, dum uires corporis sinebant, et pedes erant firmi, aedem sacram adibat, in qua solemni pompa et cantu festum alicuius Sancti celebrabatur, musica enim uehementer oblectabatur. Vespertinas horas insumebat in sacra lectione, et in meditatione rerum coelestium, seseque Virgini Beatissimae assidue commendabat, quam a teneris annis in amore ac deliciis habuit. Haec uitae ratio fuit Patri Martino seni usque ad octogesimum octauum annum, tum lauguescere coepit senectute, tantusque languor toti corpori inerat, ut neque membris commode uti potuerit, nec sensibus; tenebat aliquando baculum manu, eoque nixus gressu licet tardo incedebat. Proximus erat dies sancto Francisco Xauerio sacer, quem ille semper religiose coluit, qua propter die, quae festum antecedit, uoluit ad communem mensam accedere, ut Sancto honorem aliquem persolueret, ex qua ad locum, ubi infirmi curantur, non sine magna difficultate se contulit, uires enim illi erant debiles, atque prostratae; tum ille ueluti futura dignoscens extremum sibi diem (127) adesse praesensit, hocque significauit Patri Bartholomaeo Betterae, addiditque spem magnam habere, festum Virginis sine labe conceptae una cum beatissimis mentibus in coelesti regno celebrandi. Nec aliter res se habuit. Die sexta Decembris extremo Corporis Christi Viatico pie sancteque refectus est, et sacro oleo inunctus. Vtrumque sacramentum ille enixe postulavit. Die septima Decembris, iterum sacro Christi Corpore refici uoluit, crebrasque preces effundebat, donec libera fandi potestas erat; cum uero amplius uerba proferre non potuerit, pectus manu percutiebat, et dolorem, quo animus eius afficiebatur propter labes conscientiae, in tam longa uita contractas, palam faciebat. Hora tandem quinta cum dimidia noctis, ante diem, qua festum Virginis sine labe conceptae celebratur, decessit ferme nonagenarius 7 Decem: 1758 professus quatuor uotorum, et inter professos antiquior.

Sed Pater Bartholomaeus Bettera mortem Patris Martini, auunculi sui, fusius describit in hac epistola, quam patri suo Rogerio scripsit:

»Carissimo Sig.e Padre

Roma 12 Decemb: 1758.

Vengo con la presente a darle l' avuiso, accio raccomandi, e faccia raccomandare al Signore l'anima del nostro buon uecchio Padre Frano, il quale giovedi all' ore 5½ andò in Paradiso, come tutti noi siamo persuasi. Sabbato uigilia di S. Sauerio uolle scendere in publico Refettorio, come di quando in qando faceua, a fare la uigilia del d(ett)o Santo, quantunque io, e l' Infermaro piu volte gli haueuamo detto, che mangiasse sempre all' Infermeria, anche per euitare qualche cascata, mentre col bastoncello appena si strascinava per la casa. Domenica mattina, tre del corrente l' Infermaro non lo fece alzare dal letto dell' Infermeria, doue da uari mesi dormiva per hauere una maggiore assistenza, mentre lo trouò con un poco più di catarro del solito, et egli diceua, che si sentiua maggiormente indebolito, onde nulla poteua espurgare. La sera si aggiunse una piccola febbretta; subito, che io andai à trouarlo, mi disse senza una minima turbazione d' animo, che uedeua bene accostarsi il termine dei suoi giorni, e però non l' abbandonassi in questo breue tempo, soggiungendomi che si persuadeua di douere morire prima della festa dell' Immcolata Concez.e di cui era tanto diuoto, sperando che(128)la santissima Vergine l' hauerebbe accolto in Paradiso il giorno della sua Festa, come seguì, essendo passato all' altro mondo un' ora e mezza prima della mezza notte, in cui cominciaua la festa medesima. Lunedi e martedi gli si usarono alcuni piccoli rimedi, proporzionati al suo male, e molto piu alla sua età, ma nulla giouavano massime per farlo spurgare. Mercoledi egli medesimo chiese con molta diuozione i santi Sacramenti. Doppo il santissimo Viatico, uolle anche l'oglio santo. Giouedi mattina richiese la santa Communione e la sera morì. I suoi sentimenti sono stati tutti in questi giorni pieni di uno spirito tutto asorto in Dio, e sono stati di una estrema edificazione a tutti i religiosi, che in gran numero si trovarono nella sua camera. La stessa sera del giouedi uedendo egli nella sua camera tanta gente, e sentendosi poco à poco mancare, chiese da se al P. Provinciale la raccomandazione dell' anima,e pregò alcuni di noi, che piu da vicino stavamo al suo letto, che gli andassimo dando spesso la sacramentale assoluzione, giache non perdè la parola, che circa mezza ora prima di spirare, e fin' che hebbe qualche movimento andò sempre picchiando il petto, bacciando

il Crocefisso, e secondando i sentimenti suggeritili da noi altri, dando i piu sicuri contrasegni dell' ottima interna disposizione con cui abbandonaua il mondo, e se ne andaua al Signore doppo un si santo apparecchio fatto da lui negli anni passati, ma particolarmente in questo ultimo anno, in cui non potendo piu uscire di casa passaua una gran parte di giorno in orazione, o al coro o in chiesa, doue andaua strascinandosi col suo bastoncello etc....«

P. Bernardus Zuzzeri.

P. Bernardus Zuzzeri natus est Ragusae anno 1682 in domo diuite, ac copiosa.[54] Praeclarum a natura accepit ingenium, et ad omnes liberales artes, ac scientias addiscendas accommodatum. Cum magno ingenio animosos spiritus hausit, hi tamen nullum pietati damnum attulerunt, in ipsa enim pueritia templa frequentare, sacerdotibus inseruire, domi aras erigere in deliciis habuit; pietatem, quam a teneris annis colere coepit uehementer auxit, cum auditor P. Majolini ad humaniores litteras informaretur. Hic innocentiam morum coniunctam cum acri ingenio in adolescente admiratus, omnem curam (129) ac diligentiam adhibuit, ut pietatem, et litterarum studia coleret magis; intelligebat enim sapiens magister animos adolescentium per has exercitationes ad diuinum amorem inflammari, et ad amplectendam religiosae uitae rationem uehementer accendi. Idque profecto Bernardo contigit: coepit commoda paternae domus fastidire, delicias respuere et capi amore Societatis. Ut primum facultatem impetrauit eam ingrediendi, ad Urbem se contulit annum agens decimum quartum iam expletum. Erat id temporis tyronum magister P. Carsughius, qui in aduentu adolescentis tot uirtutibus praediti uehementer gauisus est. Bernardus nactus occasionem tam praeclaram egregias uirtutes aquirendi, id animo proposuit, ut eas consequeretur; quod aegre ferens hostis humani generis, ut pium adolescentem ab incoepto remoueret scrupulis exagitat, qui illum dies noctesque stimulant ac pungunt, praesertim inter orandum eumque priuant illa coelesti dulcedine, quae pietatis cultoribus in corda solet inuadere. Ille uel sine deliciis, ne latum quidem unguem ab instituta uitae ratione discessit, sed totum ferme Tyrocinii tempus in perturbatione, ac contentione animi transegit. Expleto inter tyrones biennio vota religiosa pie sancteque nuncupauit, et ad rhetoricae studia animum applicuit, in qua magnos fecit progressus, linguae etiam graec(a)e egregiam dedit operam. In philosophica facultate praeceptorem habuit P. Dominicum Bricialdum, uirum egregium et in rebus tam philosophicis, quam theologicis eximium. Is ut primum audiuit Bernardum discipulum defendentem logicas quaestiones easdemque propugnantem, admiratus naturalis ingenii dexteritatem in declarandis, enucleandisque propositis difficultatibus, mentisque celeritatem in inueniendis nouis rationibus, in spem maximam et quemadmodum confidebat verissimam, adductus est ad bene, imo optime de eo sperandum. In adolescentia

enim, tanquam in herbis significabat, quae uirtutis maturitas, et quantae fruges (130) ingenii erant futurae. Eo anno quo logicae nauabat operam Bernardus noster, in grauem morbum incidit, et iam ipsius salus a medicis proclamata fuit. Ille in extremo uitae discrimine summa pace potiebatur: piissima enim Virgo cuius ille firma animi confisione opem imploraverat, omnes illas perturbationes ac solicitudines, quibus eius animus dies noctesque exedebatur, in altissimam tranquillitatem commutavit, et mortem, quam non longe abesse arbitrabatur, aequo animo expectabat. Sed Deus optimus Maximus, qui eum ad praedicationem sui Nominis, et ad salutem plurimorum destinaverat, pristinae sanitati restituit. Sanitati restitutus ad philosophica studia, quae ob infirmam valetudinem intermiserat rediit alacrior; cumque sub finem universae philosophiae rationem studiorum suorum Patribus ac magistris redderet, tantam ingenii laudem consecutus est, ut Pater Alemanni Florentinus, Romanae provinciae moderator, ei publicam commendationem tribuerit, eumque documentum nostris iuvenibus virtutis, sapientiae, atque ingenii proponere non dubitaverit, et quod magis mirandum est, Bernardum in proximum scholasticum annum magistrum Florentino Collegio designavit, ut tantus praeceptor Florentinos cives suos ad pietatem humanitatemque informaret. Ante suum ex Urbe discessum Zuzzerus universam philosophiam in publico sapientissimorum virorum consessu propugnavit, sed non discipuli, sed professoris more, praeceptorum institutorumque huius facultatis peritissimi.

Duobus annis Bernardus Florentinos grammaticam, et politiores litteras docuit, tertio Senenses rhetoricam, quo tempore praeclarum atque iucundum Senensibus carmen recitavit, in quo eorum pugnas, non minus iocose, quam eleganter descripsit. Quarto anno Romanos (131) adolescentes humanioribus litteris imbuit, quo non dum expleto sextili mense Ragusium nauigavit, ut praeesset bipartitae divisioni paternorum praediorum, et copiarum, quae inter fratres Petrum et Ioannem Lucam, ipso annuente facta est. Duobus integris mensibus cum illis rure commoratus, quod rus Barsecine dicitur, totumque nunc in Zuzzerorum ditionem est redactum, Romam reversus est, ut ad theologica studia incumberet. Erant id temporis divinae facultatis professores in Romano Collegio P. Ulloa Hispanus et P. Panicius Maceratensis, quibus vehementer iucundus Bernardi redditus in Urbem accidit; sciebant enim ac probe intelligebant qualem, quantoque ingenio praeditum habituri erant auditorem. In reddenda magistris ratione theologicarum quaestionum quas ab ipsis eo anno audiuerat, palmam coeteris condiscipulis praeripuit, et academicus logicae a P. Francisco Martino delectus est, quamvis pluribus ex ilis, neque studium, neque diligentia neque desiderium tanti honoris consequendi defuerit. Tertio theologiae anno per aliquod tempus rhetoricam in Collegio Romano docuit, quarto cum in propugnandis universae Theologiae thesibus maximum rari

atque excellentis ingenii specimen praebuisset, dignus habitus est, qui per biennium privato studio theologiam recoleret, eamque sine magistro propugnaret; quod quidem ille praestitit tanta sui nominis aestimatione, ut honorem Theologiam recolentium merito consecutus sit; quo honore nemo post illum in Romana provincia perfunctus est.

His studiis summa cum laude absolutis Florentiam missus est, annumque integrum in Tyrocinio exegit, quod tempus illi fuit peropportunum, et ad colendam pietatem, et ad otium aliquod post tot exantlatos labores capiendum. Ex Tyrocinio Florentino ad Urbem vocatus philosophicas quaestiones praemeditari coepit, quae ipsi in Collegio Romano usui essent, magister enim philosophiae renunciatus fuit. Sed prius Polemicam docuit, Pater enim Gvarinus, huius facultatis (132) professor egregius ex Urbe in Germaniam discesserat cum P. Salerno, quem Clemens undecimus pro maximis meritis quae Christian(a)e Reipublicae praestitit, purpura donavit. Relicta polemicae facultatis cathedra philosophiam Zuzzerus docere coepit. Ingens auditorum numerus eius doctrinam excipiebat non obscuram, sed claram, et quae facile mente percipi poterat. Aliorum sententias ingeniosa argumentatione oppugnabat, suarum fuit custos, et defensor acerrimus. Tempus quod illi a philosophicis studiis supererat linguae illyricae dabat, statuerat enim illyricas regiones sacris excursionibus obire. Ut primum docendae philosophiae finem imposuit, à Patre Michaele Angelo Tamburino, universae Societatis moderatore, sacrarumque excursionum studioso propagatore, munus Evangelicae praedicationis obtinuit non solum per Dalmatiam, sed etiam per finitimas nationes illyricae linguae non ignaras. Non possum silentio praeterire maximam admirationem, quam movit Tamburino discessus ex Urbe P. Bernardi contemnentis humanam gloriam, easque laudationes, quas homines virtute, et sapientia praediti in lyceis consequi solent. Non defuere tamen, qui suum ex Urbe discessum tribuerunt dolori, quo affectus credebatur, quia Patri Carpano, qui prior philosophiam in Collegio Romano docuerat, posthabitus fuit, illeque prior in secreto Patrum consessu electus est ad docendam nostros iuuenes theologiam, Bernardus posterior, licet per biennium privato studio hanc facultatem recoluerit, et sine magistro propugnaverit.

Mense Decembri an 1719 pervenit Ragusam, cum nullum navigium Anconae repererit ad navigandum paratum. Non solum Patres Collegii Ragusini, verum etiam cives omnes virique nobiles, et universus populus, eum non ut hominem privatum, sed ut Angelum de coelo missum susceperunt. (133) Sub finem feriarum esurialium an: 1720 exercitationes sacras, quae Oratoria nuncupantur, quaeque a P. Ioanne Baptista Cancellotto optime de civitate Ragusina merito, anno superiore felicibus auspiciis initium sumserunt, Pater Bernardus prosecutus est, neque minori studio neque sapientia, neque salutaris vitae fructu, licet Cancellottus ob rei novitatem

copiosissimum, atque ube(r)rimum ex omni hominum genere retulisset; hisque exercitationibus deinde Zuzzerus per annos septem, sed non continuos Ragusae navavit operam, et semper egregiam. Docebat pueros in templo mysteria ad salutem necessaria, et foeminas ea, quae ad bene beateque vivendum sunt perutilia. Eos praeterea christianos coelesti doctrina imbuit, qui sub Turcico iugo detinebantur, illum enim Antonius Righius Tribuniensis Episcopus comitem suae peregrinationis delegerat. His officiis ac muneribus distinebatur Zuzzerus, cum repente mutato consilio deliberat Ragusa discedere, et consanguineis, quos summa benevolentia prosequebatur valedicere. Haec fuit discessus causa. Adolescens omni virtutum genere praeditus, morum integritate, ingenio, nobilitate, Societati dare nomen vehementer cupiebat, conceptam animi deliberationem de ineunda Societate Bernardo detegit, Bernardus approbat. Haec approbatio innotuit patri adolescentis, viro magnae auctoritatis in Republica, cumque ei uehementer displiceret privari filio, qui natu maior erat, et in quem spem omnem collapsae familiae in pristinum splendorem restituendae, collocaverat, Bernardum parum integre, improprie, atque inconsiderate locutum fuisse, asserere non dubitat. Hanc immeritam reprehensionem aegre tulit Zuzzerus, et impetrata a moderatoribus facultate redeundi in Italiam, Romae se restituit. Sed neque hic, nec quinque alii, qui, posthabita Societate, ad quam vocati erant, matrimonia iniere, ullos liberos susceperunt, uel si unus aliquos suscepit, post se superstites non reliquit, qui familiam illustrarent, et genus posteritati propagarent.

(134) Bernardus Romae restitutus, theologiam, quae ad mores pertinet, docuit per biennium, illamque per tempus longius docuisset, nisi Ioannes Bonda, qui difficillimis Ragusinae Reipublicae temporibus ad Innocentium tertium decimum a senatu legatus missus fuit, ea benignitate, et eloquentia, qua erat praeditus ei persuasisset, ut ad Ragusinos transiret, eosque opera sua ualde indigentes, ad pietatem, honestatemque informaret. Ragusam reuersus est die nono Octobris anno 1723, et quem cives abeuntem summo dolore prosecuti sunt, redeuntem incredibili laetitia susceperunt. Primo vere sacris excursionibus dedit operam, eique comites se addidere Marinus Sorgo, Matthaeus Clasci, Blasius Pauli, sacerdotes, nobilitate, doctrina, et morum integritate conspicui; uirum enim è Societate, quem vehementer optabat habere socium suorum laborum, propter linguae illiricae inscitiam inuenire in Romana provincia non potuit. Cum his non nullos pagos haud multum Ragusio disitos praedicatione excoluit, et incredibilem salutaris vitae fructum ex omnibus percoepit. Anno 1724 appulit Ragusam ex provincia Austriaca P. Ioannes Baptista Jacoboviccius satis idoneus ad sacrum excursionum munus obeundum, tum propter illyrica linguae peritiam (Segniae enim ortum habuit), tum propter egregias virtutes, quibus mirifice instructus fuit. Cum eo per octo continuos annos, verno et aestivo tempore, deinde, illo suae provinciae restituto, cum Do-

masetoviccio et Iviccio Patribus ex eadem Austriaca provincia ad eum missis, non solum Dalmatiam, verum etiam Liburniam et Croatiam, verba de diuinis rebus faciendo, semel atque iterum peragravit. Pater enim Ceschius, qui in exercitu Caroli sexti Caesaris primum locum tenebat inter eos sacros ministros, quibus praecipua cura demandata fuit administrandi non solum militibus, sed etiam decurionibus et ducibus pias christiano more ceremonias, eosque adiuvandi ad bene vivendum, et pie moriendum, stipendia, quae illi (135) quotannis pro labore solvebantur, collegit in unum, aesque collectum, quod non modicum erat, Viennae in Austria collocavit ut deinde ex annuis fructibus quatuor Patres Societatis alerentur, qui statis temporibus illyricas regiones, praecipue illas, quae Austriaco imperio subiacent, percurrerent, et populares ab iracundia ad mansuetudinem, ab impudicitia ad honestatem, a turpitudine ad probitatem reducerent. Inter quos delegit P. Bernardum, qui munus susceptum per annos uiginti tres tanta scelestissimorum hominum utilitate, tantoque bonorum incremento explevit, ut sermone uix poterit explicari. Homines, qui gravissimas inimicitias gerebant, et quibus implacabile, atque inexpiabile odium erat, audita praedicatione P. Bernardi, eas illico temperabant, et ulciscendi libidinem, atque iracundiam remittebant. Iuvenes qui foeminarum amori flagitiosissime serviebant, omnesque impuritates libidinosis in domibus exercebant, per praedicationem, cui intererant, detestatis impurissimis flagitiis colebant pudicitiam, et continentiam in omni victu omnique cultu corporis tuebantur. Foeminae, quae ad turpem quaestum prostituebantur, aeternis suppliciis a Bernardo perterritae, relicto quaestu, e vitiorum coeno emergebant, et se ad meliorem vitae rationem recipiebant, praesertim Romae, cum anno saeculari iussu Benedicti quarti decimi in templo Florentinorum conciones habebat cum P. Ruschio, viri, qui furacissimis manibus res alienas detraxerant, quique ad reddendum res (aes) alienum segniores erant, audita Bernardi concione, dominos rerum suarum possessores faciebant, atque omnes, qui turpiter, et nequiter vixerant, turpitudinem ac nequitiam abhorrebant, et flagitium tanquam pestem immanissimam fugiebant, omnemque movebant lapidem, ut ad pedes eius accederent, eique omnem anteactae vitae rationem redderent; quique accedebant, vere beatos se esse existimabant. Homines vero permodesti, et bonae frugi cultoresque pietatis, ac religionis, ex praedicatione vehementius ad pietatem, divinumque amorem accendebantur. Maximo fuit adiumento Patri Bernardo ad commovendos auditorum animos (136) aestimatio, quae de eo apud omnes habebatur, et magnitudo ingenii, et doctrina singularis, et eloquentia elegans, et uis dicendi, et ipse gestus corporis, et vocis pronunciatio.

Peractis sacris excursionibus, dabat aliquando in urbibus operam exercitationibus sancti Parentis Ignatii, quibus populum, sed praecipue Dei ministros, ac viros nobiles in incoepta vitae ratione confirmabat. Urbes quas ille prae coeteris summo studio, sacraque

praedicatione excoluit: fuerunt Gorizia, Tergestum, Flumen, Segnia etc. in quibus summi Pastores suo exemplo oves sibi commissas ad coelestis vitae pabula trahebant volentes; et tam ingens aliquando populorum confluentium concursus suit, ut P. Bernardus in ultima sacrarum excursionum concione bene precatus plenissimam delictorum omnium indulgentiam bis senis millibus auditorum largitus sit.

Oblectabatur vehementer his excursionibus Deus, easque sua benevolentia, et patrocinio aliquando approbavit. Verba faciebat Bernardus coram immensa populi multitudine in campo satis spatioso, coelum erat obductum nubibus, saeviebat auster pluviam inferens, et iam in locis, quae non longe aberant, decidebat; metuentes eam auditores fugam arripere meditabantur, sed mutato consilio in eodem loco constiterunt: imber enim, qui eis parabatur nouo impulsu, repulsus est; ignes etiam e nubibus errumpentes, et fulmina, obvia quaeque prosternentia Deus ab auditoribus procul amovit, et si aliquando deciderunt, nemini ex tanta hominum multitudine ne leue quidem damnum intulerunt. Hanc tamen Dei benevolentiam, atque patrocinium Zuzzerus promeruit maximis gravissimisque laboribus, ac incommodis, quae in sacris excursionibus pro salute populorum tolerabat: pedes, et saepe nudis pedibus incedebat, corpus ferreis flagellis cruentabat, lecto decumbebat duro, et somnum brevem carpebat aliquando in domibus, quae parietes non habebant (137) calce constructos, nec luto crustatae erant, sed stramentis, vel arundinibus, alioque simili genere tegebantur. Plura etiam incommoda pertulit in insulis Adriaci maris, quae in ditione Veneta sunt, et in pagis, qui Ragusinae potestati subiacent; sed in his etiam maximum beatae vitae fructum ex auditoribus recepit: coram Canalitis, qui non longe Epidauro distant, Bernardus concionem habebat, et vehementi quodam sermonis impetu invehebatur in eos, qui nefarias atque impias voces in Deum superosque iactant, eosque peierant; auditores cognita delictorum gravitate statuerunt imposterum nunquam voces impias in Deum superosque iactare, neque periuria ex ore proferre, propositique adeo tenaces nonnulli fuerunt, ut post plurium annorum spatium affirmare non dubitaverint, se nunquam, ex quo P. Zuzzeri concionem audierunt, peieratos.

Quando Bernardus ex sacris excursionibus redibat Ragusium, spatium hiberni temporis dabat uel ad docendas in Templo mulieres ex omni conditione, res ad salutem necessarias, et ad bene viuendum satis utiles, uel ad concionandum, disserendumque. Et sane erat per utile exercitium quod dicitur Bonae mortis ad deterrendos impios a flagitiis metu aeterni supplicii, et ad inflammandos viros probos, atque integros ad novarum virtutum consecutionem, in eoque Zuzzerus erat tam excellens, ut auditores non solum doctrina, eloquentia uerborumque delectu in sui admirationem raperet, sed etiam eleganti quadam ethopeia, in qua mores hominum ac mulierum, actus, operationes, uituperatione dignas, eleganti sermone describebat, ut eas corrigeret. Aliquando etiam spatium eiusdem temporis dabat

ad imbuendos coelesti doctrina Patriciorum ac ciuium animos, qui uaesurialibus feriis ad Collegium se conferebant ut per octiduum uacarent sacris exercitationibus, quorum auctor est sanctus Parens Ignatius. In hoc etiam praedicationis genere Zuzzerus multum ualuit, improvisae cernebantur in auditoribus mutationes. Utinam fuissent diuturnae! Sacras etiam (138) uirgines his exercitationibus imbuebat, et mos laude dignissimus, qui adhuc viget apud eas, quae Clarissae nuncupantur, iisdem uacandi singulis annis, Bernardo debetur. Primus etiam in templo Virginis, quae a gratiis dicitur, singulis quadragesimae sabatis coepit uerba facere, qui mos multos annos viguit, vigetque nunc maxima utilitate audientium, non solum Ragusinorum, sed etiam eorum, qui ex uicinis pagis ad templum Virginis gratiarum confluunt.

Deerat anno 1734 publicus concionator; invitatus a Senatu paucis ante quadragesimam diebus Zuzzerus, ut in templo maiori bis in hebdomada uerba faceret, vicit expectationem opinionem atque aestimationem, quae de eo habebatur, superauit. Utilia etiam petentibus dabat consilia, praesertim Senatoribus pro aequo regimine Reipublicae, et his, qui mercaturam faciebant, ne aliquid iniuste retinerent; confessionum etiam ministri ad eum accedebant, ut res implicatas, atque enodationis indigentes, quae in sacro tribunali audierant diligenter exponeret, aliique pro rerum opportunitate, inter quos sacerdos quidam, qui rure suburbano interfuit mensae nobilium iuuenum, qui bene poti libero, atque impio sermone utebantur, et sacra miscebant profanis ludosque quosdam christiano nomine indignos exercebant. Haec uidens atque audiens sacerdos, iniquo ut par erat tulit animo, et cum primum licuit, adiuit P. Bernardum, eique in secreto conclaui, rem uti gesta erat, ennarauit, et ex eo s(c)iscitauit sententiam, an iuuenes patrati sceleris accusare, eorumque crimen ad Archiepiscopum deferre ecclesiastica lege alligaretur? Bernardus post diligentem acuratamque rei inquisitionem, et considerationem, alligari respondit. Sacerdos munus delatoris suscepit, et iuvenes patrati sceleris accusat coram Archiepiscopo F. Raymundo Gallano ex sacra S. Dominici familia. Archiepiscopus cognita criminis gravitate, opem a Senatu implorat ut iuvenes tanti criminis reos, auctoritate publica deterreret, eorumque audaciam comprimeret. Exhorruit (139) Senatus crimen tam impium, misitque armatos milites ad eos capiendos, et ad custodiam publicam perducendos, at illi praecognita Senatus deliberatione, fugam arripuerunt. Consaguinei reorum sperantes ab Archiepiscopo mitiorem sententiam, causam esse ecclesiastici fori dixerunt; tunc Senatus liberam iudicandi puniendique potestatem reliquit Archiepiscopo, qui tamen non ut iudex, sed ut pater in eos animadvertit. Non defuere tamen fautores iuvenum, qui conati sunt eorum crimen imminuere, quique ausi sunt Bernardum summae imprudentiae, atque inconsiderationis arguere.

Dum Zuzzerus Ragusii commorabatur, non solum salutem Ragusinorum summno studio, ac diligentia procurabat, verum etiam commodum, atque utilitatem Collegii. Multae rationes movebant Nicolaum Pozza repetendi a Collegio praedium non satis amplum, quod situm erat in ualle Nucis, noluit tamen causam coram iudice agere ne iurgium inter benevolos diceretur, sed coram arbitris controuersiam componere. Conditione a Collegio accepta arbitri delecti sunt: Lucianus Pozza, Luca Gozze et Marimus Sorgo, Senatores summa doctrina, prudentia, atque integritate praediti. Rationes Nicolai in medium protulit Vincentius Petroviccius in Curia diu versatus, et legum municipalium peritissimus. Ad singulas respondit Bernardus ita clare, dilucide, ac nervose, ut omnes arbitros in suam sententiam traxerit, ipsumque Lucianum, Nicolai fratrem germanum, praediumque litigiosum ad Collegium pertinere, adiudicarunt.

Post longam Ragusii moram coepit Bernardus capi Romae desiderio, uel quia suorum fratrum filii, de quorum periculis ac infortuniis tristabatur, aliquantulum a pristino statu, atque splendore deciderant uel quia ei modus displicebat, quo Rector Collegii utebatur in eo gubernando, et res (140) domesticas administrando; qua propter litteras dedit amicissimis uiris qui Retium, uniuersae Societatis moderatorem, quotidie conveniebant, ut sibi facultatem ab eo obtinerent Romam se transferrendi. Annuit Retius, et Zuzzerus discessit Ragusio mense Augusto an: 1742, maximo suorum amicorum dolore, qui ut ad eos rediret, supplicarunt F. Angelo Franchi ex v(enerabili) familia S. Francisci Archiepiscopo Ragusino, ut epistolam pro eius reditu ad P. Retium mitteret; atque ille misit hanc:

Il P. Bernardo Zuzzeri religioso della Compagnia, a cui V. P. Reu.ma presiede è uno de' piu abili operari, che faticano a gloria di Dio in questa mia diocesi. Non solamente dalla sua dottrina io ne ricevo un gran sollievo nelle urgenze, che mi occorrono nel gouerno di questa Chiesa, ma ancora questi popoli ne riportano un sommo uantaggio delle incessanti fatiche, che impiega a pro loro nelle s. missioni, e dal zelo apostolico, con cui li predica la parola divina, con efficacia ueramente ammirabile. Per tanto nell' occorenza, che egli parte da qui, per presentarsi a V. P. Reu.ma: io deuo per titolo di giusta gratitudine fargliene di queste sue si cospicue qualità la piu accertata testimonianza; e siccome la di lui partenza per una parte mi arreca un gran contento nel porgermi l' occasione di rassegnarle con douuta diuozione i miei rispetti; cosi per l'altra risueglia nel mio cuore una gran sollecitudine, che questa Chiesa non perda con la sua persona quel bene, di cui ha goduto un si importante possesso. Mi consolo pero con la certa fiducia, che di esso non la uorrà priuare V. P. Reu.ma mossa dalla considerazione, che la dimora di d.o Padre in questo Collegio, non è solo per i predetti motiui a questi popoli proficua, ma ancora necessaria. Ad essi dunque, che l' aspettano con incredibile ansietà si degni V.P. Reu.ma quanto prima restituirlo per atto di quella sua singolarissima pietà, con cui è solita interessarsi negli affari, che riguardano la saluezza dell' anime, piegandosi a queste mie uiuissime e premurosissime instanze, che

per tale effetto, come Pastore di queste anime, le porgo. Una grazia cosi distinta produrrà in me quell' effetto, che la (141) medesima merita, cioè a dire di farmi uie piu continuare in quell' affetto e stima, che ho mostrato sempre si al medesimo P.re Zuzzeri, come a tutti gli altri del sud.o Collegio, e di rendere a V. P. Reu.ma una grata corrispondenza con la mia piu affettuosa seruitù, che per cio, presentemente con piu uiuo dell' animo le offro.

D.V.P. Reu.ma

Ragusa 12 Agosto 1742.«

Qua lecta Retius humanissimum, ac iucundissimum misit responsum, et Bernardus unde cum dolore discesserat, eodem cum gaudio et honore post octo menses reuersus est: rector enim Collegii Ragusini designatus uenit. Ut primum coepit rectoris prouinciam, omne studium adhibuit, ut leges ordinis diligentissime custodirentur, in qua custodia aliquibus uidebatur plus aequo seuerior. Haec Bernardi seueritas innotuit moderatori Romanae prouinciae, qui et ut quieti Ragusini, et commodo Romani Collegii consuleret: Bernardum, qui uix tertium moderaminis annum inchoauerat, ad Urbem uocauit, eique munus primi confessarii, seu praefecti, ut aiunt, rerum spiritualium in Collegio Romano imposuit, quod ille per quinquennium diligenter exercuit, quo munere post illum Laurentius Riccius, qui nunc uniuersae praeest Societati, functus est. Fuit deinde Zuzzerus magistri tyronum socius, tyronibus maxime acceptus, et carus. Reuersus in Collegium Romanum animos Fratrum piis meditationibus imbuebat, audiebatque confessiones, sed paucas. Cum tempus ab occupationibus uacuum nactus esset sermones illyricos, quos typis mandare parabat, summo studio ac diligentia perpolibat, sed ineditos reliquit, (licet sint propter sermonis elegantiam, et uenustatem, publica luce dignissimi);[55] nullum enim mecenatem inuenit, qui aes ad excudendos necessarium solueret. Sed ingrauescente aetate ab omni munere liber fuit, paralysis, quo morbo a iuuentute tentari coepit, continua neruorum dissolutione eum in aliquod (142) uitae periculum iniecit. Iussus adire ualetudinarium, inuitus se contulit; in eo piis meditationibus, et sacra lectione occupabatur, sed periculosior apoplesijae morbus eum in ultimum uitae discrimen adduxit, potuit tamen sacro refici uiatico, quo sumpto aliquantulum melius illi factum est, uixitque, sed desperata ualetudine plures menses, donec grauiori apoplesijae ictu perculsus extremum diem obiit 3 Aprilis an: 1762 octogenarius professus quatuor uotorum. Eius mortem describit breuiter magister Bucchius:

»Forse prima dell' arriuo di questa haueranno intesa la morte del P. Bernardo Zuzzeri defonto in questo Collegio Romano sab.to 3 del corrente Aprile uerso le ore 20½. Egli al conto, che si è potuto fare è stato sorpreso da un colpo d' appoplesia nel lunedi o martedi precedente, ma poco daua a conoscersi il pericolo, che pareua piu tosto uno de soliti alti e bassi, che andaua di tanto in tanto, in questi ultimi mesi specialmente, facendo. Il mercoledi conuien dire, che hauesse hauuto un tocco piu gagliardo, il quale lo priuo immediatame di tutti i sentimenti, mentre non daua segno alcuno di intendere, o essere in se; onde appena poteua essere munito dell' estrema unzione. Travagliaua con un sudore perpetuo, febre, et affannoso respiro; non giouarono punto le due sanguigne i senapismi, e il uesicante postoli alla nuca. Fu continuamente assistito con tutta la carità, a tra le communi orazioni spirò nel sud.o giorno, ed ora.«

P. Bernardus erat cultor pietatis egregius, piis meditationibus, sacrisque exercitationibus dabat quotidie statutum tempus sine ulla diminutione; erat seuerus legum nostrarum custos, castitatis amantissimus; nunquam fuit crudelis cum hominibus impiis, ac sceleratis, sed eos comiter, atque humaniter accipiebat cum ad eius pedes accedebant dicturi nefariae uitae pergrandia crimina. Non erat uafer, sed simplex homo, et purus, nihilque tectum ac simulatum habebat.

P. Florius Buch.

(143) P. Florius Buch, P. Antonii Brankovich ex sorore filius, natus est Ragusae anno 1730 mense Decembri. Ut primum scholas Collegii Ragusini frequentare coepit, statim in illa etiam tenera aetate specimen ingenii non mediocris praebuit; cum vero humanioribus litteris operam dederit, quanta in eo capacitas esset, ostendit. Sensus illius motusque animi innexi vigoribus quibusdam mentis, et alacritatibus, maximo illi erant, et adiutorio, et ornamento. In scholasticis exercitationibus, quibus uia ad eloquentiam sternitur, et in publicis academiis, quae a magistris fiunt ad inflammandos discipulorum animos ad humaniorum litterarum studia, palmam coeteris condiscipulis praeripiebat. Praceptor, cui tam magnae, et tam praeclarae Florii dotes cum pietate coniunctae erant satis notae, atque perspectae, adolescentem dignum, qui Societati adscriberetur, iudicavit nec opus fuit magnis adhortationibus, ut eum in opinionem suam induceret; invenit enim iuuenem religiosae vitae cupidissimum, et Societatis nostrae amantissimum. Datae sunt statim litterae ad Romanae provinciae moderatorem, sed nescio qua ratione ductus, noluit ille Florium Tyrocinio nostro adscribere. Non tamen concidit animus neque praeceptoris, neque discipuli, sed tempus magis propitium, atque opportunum ad negotium perficiendum expectarunt. Expleverat iam praeceptor duos integros annos in docendo Ragusinos adolescentes humaniores litteras, et iubente provinciae moderatore in Italiam rediit Anconitano Collegio magister designatus, in quo data est ei opportunitas moderatorem provinciae alloquendi; ille tunc omnem artem, atque eloquentiam adhibuit, ut in bono lumine egregias Florii virtutes collocaret, collocavitque tam bene, ut moderatorem provinciae in suam sententiam traxerit, et Florio facultatem Tyrocinium adeundi impetrarit. Ille accepto tam laeto nuncio, ut primum potuit valedixit Patriae, et parentibus, quos vehementer diligebat, et Romanum iter aggressus est. Admissus inter tyrones an 1748. 8 Iulii, totus erat Florius in cohibendis immoderatis cupiditatibus, et refrae(144)nandis motibus

innexis quibusdam vigoribus mentis, et alacritatibus. Expleto Tyrocinio non sine animi contentione religiosa vota nuncupavit, et ad humaniores litteras se restituit, quibus summopere delectabatur, atque in eis magnos progressus faciebat. Vacans his studiis, ei tristis, atque inespectatus casus accidit.

Dies erat, in quo rhetores nostri continuo studio assueti, intermissis paulisper litterariis occupationibus, rure recreabantur, ludebantque honeste, atque iucunde, dumque unus pilam non levis ponderis summo conatu proiecit, non animo nocendi, sed ut palmam in ludo consequeretur, ea sine culpa proiecta Florium percussit, eique vulnus inflixit in capite. Ille gravi ictu percussus fere exanimis in terram concidit, et omnes summo moerore ac tristitia affecit, praesertim eum, qui nil tale meditans, ei vulnus intulit. Delatus in Tyrocinium, adhibita fuerunt ei remedia, a quibus levatus potuit animum ad iucunda rhetoricae studia applicare non tamen ea diligentia, assiduitate ac labore, ut ante. Sed cum ex Tyrocinio ad Collegium Romanum se contulerit, dederitque operam inamenis philophiae disputationibus, caput gravedine opprimi coepit, pristinus dolor adeo renovari, ut neque Florium philosophicis studiis vacare, nec cibum sumere, nec somnum capere sineret. Medicorum consilio Neapolim missus, ut a coelo salubriore commodum aliquod caperet, nullum coepit; qua propter hiberno tempore navigare Ragusam cogitur, sed neque natiuus aër illi adiumento fuit: afficiebatur enim eodem morbo, quo prius aegrotabat. Non defuere iuuenes sine maturitate animi, ac prudentia qui Florio, facto iam minus idoneo ad sustinenda religionis onera. suadebant, ut Societati valediceret, et ad patris domum rediret, in qua uti potuisset iis commodis, quae in domo religiosa desiderantur, sed hoc erat illius responsum: Mallem in Societate aeger obire munia Fratris, ut aiunt, coadiutoris, (145) quam in domo patria frui sanitate, et commodis omnibus, atque deliciis.... Annum integrum transegit Florius Ragusae, paululum, aut nihil a morbo levatus, quo transacto Romam profectus est, ut iterum praeceptis institutisque philosophiae operam navaret. Infirma valetudine ea studia aggressus est. Agebatur eo tempore Romae causa de haeroicis virtutibus Cardinalis Roberti Bellarmini, cuius non solum fuit cognitor Benedictus quartus decimus Pontifex Maximus, sed etiam ut ita dicam patronus; suam tamen sententiam non protulit, ne Gallos ad iracundiam adversus Societatem commoveret. Maximam spem recuperandae salutis Florius in Bellarmino collocaverat, ei valetudinem suam commendabat, illius opem, atque auxilium implorabat, et pileolum, quo Cardinalis utebatur dum vitam ageret, firma animi confisione aegreto (a e g r o t o) capiti imposuit. Nec frustra: dolor coepit minui, somnus capi, cibus sumi, atque adeo vires pristinae restitui, ut Florius non solum philosophica studia feliciter absolverit, sed etiam humaniores litteras Recineti, et Spoleti sine ulla corporis animique molestia docuerit. Functus magistri munere ad Urbem se contulit theologicae facultati operam daturus, quo tempore adolescentibus in Seminario Romano praefuit, conciones in foro agonali habuit, quaestiones metaphysicae exteris in

Collegio Romano explanavit. Sacerdotio initiatus munus praefecti sacrorum rituum, ac caeremoniarum in templo Maximo Societatis obivit. In actu quem vocant paruum, praeclarum ingenii specimen dedit, magnum recusavit, Ragusinum iter meditans, sed in ipsa cura et meditatione invisendae patriae, in qua non solum a parentibus, verum etiam a nostris vehementer desiderabatur, maximum enim ab eo sperabant adiumentum, ad omnia erat idoneus, et semper paratus; excessit e vita, sed eius mors non fuit interitus, qui omnia tollit, atque delet sed quaedam quasi migratio commutatioque vitae, quae in probis viris dux in coelum solet esse. Ut paucis referam.

Durus et vehementer acerbus fuit annus millesimus septingente(146)simus sexagesimus quartus non solum Italiae, verum etiam universae ferme Europae. Erat tanta difficultas annonae, tantaque inopia rei frumentariae, ut plerique, praesertim in Campania, et in Latio, deficiente cibo non solum periclitabantur de vita, verum etiam iacturis rei familiaris consumpti animam efflantem relinquebant. Illi vero, quos summa inopia difficilimo tempore non enecavit, ne vitam in rusticis domibus ac villis omni subsidio destitutis miserime perderent, ad vicinas urbes confluebant, exiguum victum ad vivendum necessarium imploraturi. Tantaque miserorum multitudo ad Urbem confluxit, ut quadraginta millia virorum ac mulierum recensita fuerint. Hos Clemens tertius decimus Pontifex Maximus benigno paternoque vultu excepit, et Cardinali Marco Antonio Columnae Urbis Vicario maiorem in modum commendavit. Hic duas statim aedes pontificiis sumptibus paravit ad sublevandos pauperes, instruendosque in rebus ad salutem necessariis, atque in una viros, in altera foeminas collocavit, earumque curam Patribus Societatis commisit, maximam enim cum illis familiaritatem inierat, cum adhuc adolescens in Collegio Ptolomaeo ad pietatem, et liberales scientias instrueretur. eosque deinde summo amore ac benevolentia prosecutus est. Illi non solum aequis, sed etiam libentibus animis provinciam demandatam susceperunt, et virorum corpora languentia, atque aegrota cibo levare animasque christianis praeceptis imbuere summo studio, ac diligentia coeperunt. Licet omnium nostrum opera eximia in his rebus gerendis extiterit, Florii tamen fuit maxima atque excellens: longum tempus cum miseris insumebat, eis cibum suis manibus porigebat, illos blando sermone recreabat, praeceptis institutisque christianae religionis imbuebat, et aegris ac moribundis sacramenta ministrabat. Ista adeo frequens, atque assidua Florii cum egenis atque aegrotis, communicatio in causa fuit, ut eorum periculoso morbo afficeretur. qui eum paucis diebus ad extrenum vitae discrimen adduxit. Ille in summo vitae discrimine nullo vicinae mortis metu perterritus suam voluntatem ad Dei arbitrium nutumque accommodavit maximas ei gratias referens quod dignus ha(147)beretur. qui vitam pro miseris, atque ex infima plebe viris profunderet. Lethalis Florii morbus per Urbem euulgatus, non solum plebem, verum etiam viros nobiles, principes, purpuratos Patres, ipsumque summum Pontificem magna tristitia affecit, tenebatque omnes de eius salute solicitos. Medici curam omnem adhi-

buerunt, ut eum sanitati redderent, sed frustra; ille enim in ipso iuventutis flore coelo iam maturus e vita abiit Calendis Iunii an 1764 aetatis 34 non dum completo, accepturus premium suorum laborum. Post eius obitum Rector Collegii Romani hanc scripsit epistolam Rectori Collegii Ragusini in qua sanctissimam Florii mortem describit:

»Molto Reu.do P.re in Ch.o.

P. C.

Con mio vivissimo rammarico mi trovo necessitato a parteciparle la perdita, che qui habbiamo fatto del P. Florio Buch morto il p(rim)o corrente nel giorno decimosesto della gravissima malattia, che ha sofferta con piena rassegnazione, e con somma edificazione di tutta questa comunità. Il male, che ce l' ha tolto, è stato di febbre maligna in sommo grado, e superiore di forza a tutte le medicine, e industrie dell' arte umana, essendo piaciuto al Signore di chiamarlo a se per dargli il premio, che si è meritato col suo faticare indefessamente in sercizio spirituale, e materiale de' poveri qua radunati per la fame, che haveuano a loro paesi; e questo riflesso mitiga alquanto in noi il dolore della morte d' un giovane, che bene si incamminava per diventare un valente, e zelante operaio. Passo pero a pregarla di far sapere questo infausto auuenimento ai genitori, e altri congiunti del medesimo, ai quali riuscirà altrettanto disgustoso, quanto inaspettato; ma mettendo loro in vista quei riflessi di conforto, che hanno luogo in tal successo potranno soavemente rassegnarsi alla Divina disposizione. Io ho invidiata la sua morte per il solo riflesso, che questa non poteua essere piu meritoria, ne piu gloriosa per un Gesuita etc.. .

Umil.mo ser(u)o in Ch.o
Filippo D' Elci.«

(148) Inter tot egregias virtutes, quibus Florius noster praeditus erat, hac labe infectus fuit: nimia cum exteris agebat familiaritate, non sine aliqua animi sui evagatione, quod non aequo animo moderatores nostri ferebant. Sed hanc ille labem, quantulacumque illa fuit lavit sudoribus quos ante obitum pro illis large copioseque profudit.

Napomene.

[1] Više o bavljenju o. N. Bobadille u Dubrovniku v. u Đ. Körbler, Četiri priloga Gunduliću i njegovu »Osmanu«, RAD 205, str. 137—138.

[2] Ludovico Beccadelli (1502—1572), poznati teolog i ugledni član tridentskog sabora, došao je u Dubrovnik za nadbiskupa g. 1555. Pun reformatorskog duha, on je za vrijeme svoga osmogodišnjeg boravka u Dubrovniku pokušao da u tadašnjoj rastrojenoj dubrovačkoj crkvi privede u djelo odluke trid. sabora. Po njegovoj inicijativi došli su u Dubrovnik prvi isusovci s o. Bobadillom na čelu. (v. o tomu više u K. Vojnović, Crkva i država u dubr. republici RAD 120).

[3] U ispisima o. Maksa Budinića (živio krajem 19. v. u D—ku), koji je na njegovu molbu činio o. van Meurs, arhivar centralnog arhiva Družbe Isusove u Rimu, nalaze se slijedeći podaci o B. Sfondratiu: »B. S., sic semper, Racusinus sive Cremonensis, 17 Oct. 1569 ingressus; — ante ingressum studuit juri civili et canonico; — in Societate casibus conscientiae — habuit socium celebrem Scarga; — ingressus Societatem et vestibus et pecunia abundabat ut confessarius denominatur. † 17 Novembris 1583. — natus videtur 1541. (v. D. Pavlović, Đorđe Bašić, dubr. biograf 18 v., Bgd 1931, str. 47).

[4] — Sfondrati je učio prava u Pavii u Italiji g. 1566 i dobijao za to kao pomoć od dubrovačkog senata godišnje po 30 zlatnih škuda (v. Körbler op. cit., 151—152).

[5] — v. primjedbu pod 3.

[6] — Ex Archivio S. I. (= ispisi o. Budinića): »P. M. Temperica Arragusinus illyrico natus decembre 1534, ingressus 1582, exercet 20 annos mercaturam....«

[7] — Ex Arch. S. I.: »P. Ioannes Gradius, Ragusinus, natus 1589, admissus 4. X. 1609.«

[8] Catal. triennalis I: P. M. Gondola, ingressus Soc. 1. Oct. 1612. G. 1625. bio je u 30. g. života. Prema tome M. Gundulić bio bi rođen g. 1595.

[9] — Prije svog odlaska u Firenzu o. M. G. se 1622—1633 bavio u Dubrovniku, najprije kao profesor a zatim kao superior dubr. rezidencije (v. D. Pavlović o. c. 77—78).

[10] — O ovoj pohvali o. Allegambea v. D. Pavlović o. c. 67.

[11] — Ex Arch. S. I.: »P. I. Darsa, etiam Ragusinus, 1598 natus, admissus 21. VII. 1615. — Cat. trienn. Rag. 1633: annorum 35, ingressus 19. Iul. 1615; Cat. tr. Rag. 1636: an. 38, ingr. 19 Iul. 1615, prof. 4 vot. 8 Dec, 1633. — V. i Sommervogel, Bibl. de la Comp. de Jésus IX. 176.

[12] — O. Držić nije došao u D—k 1634, već mnogo ranije. U spisku članova dubr. rezidencije (Catal. brevis) on se pominje g. 1628, 1632, 1633, 1635. Neće zatim biti tačno, što Bašić tvrdi da je D. upravljao dubrovačkom rezidencijom sve do 1639, jer je već g. 1635 superior bio o. I. K. Canauli. — O književnom radu o. D. v. D. Pavlović o. c. 39.

[13] — Po Sommervogelu (IX, 176) o. D. je umro 1644.

[14] — Ex Arch. S. I.: »P. I. Tudisius, natus 14 Ian. 1596, admissus 9 Nov. 1613, prof. 8 Sept. 1630....«

[15] — Biografija I. Palmotića od St. Gradića štampana je djelomično u RADU 68, str. 69—77, a u cijelosti pred izdanjem »Christiade« I. Palmotića, Roma 1670.

[16] — O. Ign. Tudišević došao je u D—k g. 1623 kao profesor »humanitatis et gramm.«. Do 1633 on je stalno član dubr. rezidencije, kada je vjerovatno otišao na nekoliko godina u Rim (v. D. Pavlović o. c. 78—79).

[17] — Pun naslov toga djela glasi: Marini Ghetaldi, Patritii Ragusini, Mathematici praestantissimi, de resolutione et compositione mathematica, libri quinque, Romae 1630.

[18] — Po Sommervogelu o. Tudišević umro je 1645, dakle ne kao »sedamdesetogodišnjak«, već u svojoj 49. godini. (O Tudiševiću v. i VRELA I PRINOSI sv. 2, 1933, str. 11—13).

[19] — Ex Arch. S. I.: »P. I. Sparlenta di Ragusa di anni 32 venne in S. Andrea il nove Genaro 1628.« — Šprlenta bio bi prema tome rođen g. 1596.

[20] — O knjiž. radu Sprlente v. D. Pavlović o. c. 35.

[21] — Ex Arch. S. I.: »P. I. Lisich, Raguseo d' anni 28 venne in S. Andrea a di 1° di Decembre 1627«. Godina rođenja o. Lisića padala bi po tome ne »post« već ante annum 1600.— Catal. trienn. Rag. 1633 i 1636: an. 33 i an. 36. oba kataloga takođe kažu, da je stupio u Red 1. XII. 1627.

[22] — v. bilješku 21.

[23] — Ex Arch. S. I.: P. Barth. Zuzzeri da Ragusa anni 35 venne a S. Andrea 20 Ottobre 1626.

[24] O. Kalandrica rođen je 1602 g. Više o njemu i cijeloj njegovoj porodici v. Dr. P. K o l e n d i ć, Je li Gundulić napisao osmrtnicu N. Kalandrici? (GLAS S. K. Akad. 156, str. 65—66).

[25] — Ex Arch. S. I.: »P. Augustinus Vlaichi, Ragusaeus, natus 7 Mai 1607, ingressus Messinae 4. IV. 1628. — Novitius 10. IV. 1628. —1629 —30: philos. Messanae in collegio. — 1630-31: metaph. Mess. coll. — 1631-32: mag. 6ae Mess. coll. — 1632-33: mag. 5ae. — 1633-34: mag. 4ae coll. — 1634-35: mag. hum. Blattens. coll. — 1635-36: theol. an. Cutarae coll. — 1634-35: mag. hum. Blattens. coll. — 1635-36: theol. an. 1°, 1636-37 theol. 2°, 1637-38 theol. an. 3°, 1638-39 theol. an. 4° (sve u Messini). — Obüt 9 Iunii 1639. Habuit talentum ad concionandum et gubernandum, iudicium bonum, ingenium mediocre«.

[26] — To je: Genealogia degli cittadini Ragusei, M S, koja ima više prepisa. Glavni rkp. je svojina g. Melka Čingrije iz Dubrovnika.

[27] — Ex Arch. S. I.: »P. Or. Ragnina, Epidaurus, natus 21. V. 1617, ingressus 7. VIII. 1633, professus 1. I. 1651«. Tako i Cat. trienn. Rag. 1661. 1665. 1669. 1672.

[28] Ex Arch. S. I.: »P. V. Ballachi, Epidaurus, natus 14. II. 1628, ingr. 15. V. 1649.« — Svečane zavjete položio 15. VIII. 1666 (Cat. trienn. I Rag. 1669).

[29] — Ovaj datum smrti zabilježio je jedini Bašić i on je vjerovatno tačan. Sommervogel daje isti datum po Bašiću.

[30] — Više o knjiž. radu o. Balača v. D. P a v l o v i ć o. c. 36—37.

[31] — Sigurne godine rođenja o. Perića nema ni u arhivskim knjigama Reda . Na pr. u šematizmima (Catal. trienn I Rag.) pominje se kao godina rođenja g. 1623 i 1624.

[32] — Prema Cat. trienn. I. o. Perić je stupio u Red g. 1643.

[33] — Ex Arch. S. I.: »P. F. Gondola, Epidaurus, natus 3. IX. 1621, ingressus 3. X. 1638 (kod Bašića pogriješno 1636), professus 4. X. 1655«. — Ovi se podaci potpuno slažu s onima u Cat. trienn.

[34] — v. bilješku br. 33.

[35] — Godina rođenja o. N. Božidarevića nije sigurna ni u arhivskim spisima Reda. Tako Catal. trienn. daje jednom g. 1640 a drugi put 20. X. 1642. Ovaj drugi datum je vjerovatniji.

[36] — Cat trienn.: ingressus 18. Oct. 1657.

[37] O. Makso Budinić kaže u svojim bilješkama o Ivanu Lukareviću: ocu je bilo ime Franjo, majci Marija; već u dobi od 14 godina želio je da pođe u isusovce (duhovnik mu je bio tada o. Ivan K. Cannauli), no ta je želja poslije ohladnjela, a probudila se nanovo u saobraćaju s magistrom Caprinem i o. Ign. Tudiševićem, te Lukarević u april g. 1638 odluči stupiti u Red, u koji ga primi provincijal Piccolomini.

[38] — Tačniji datum smrti: 2. III. 1709 (S o m m e r v o g e l V, 145).

[39] Više o knjiž. radu o. Lukarevića v. S o m m e r v o g e l V, 145 i D. P a v l o v i ć o. c. 38.

[40] — Ovu godinu rođenja o. Mondegaja Bašić je uzeo iz Crijevića (Bibliotheca Ragusina). Prema S o m m e r v o g e l u V, 1204 rođen je 30. X. 1649.

[41] — Bašić nije pomenuo još četiri djela o. Mondegaja (S o m m e r v o g e l V, 1204).

[42] — Puniji datum: 15. X. 1646 (S o m m e r v o g e l VII, 11).

[43] — Od starijih isusovaca o životu i radu o. Rogačića pisali su: 1) G i u s e p p e V o l p i, kao predgovor posmrtnom Rogačićevu djelu »L' ottimo stato« (Venezia 1725); — 2) I. P a t r i g n a n i, Menologio di pie memorie.... della Compagnia di Gesù....dall' anno 1538—1728 (Venezia 1730). Najnoviju je biografiju B. Rogačića napisao zadranin P. G i u s e p p e R o s a n S. I.: Vita del P. Benedetto Rogacci della Compagnia di Gesù. Un letterato e asceta dimenticato. (Padova, Libreria Gregoriana editrice, 1931. Str. 140. Sa 11 slika i 2 geogr. karte. Osobito je pažnje vrijedna karta na str. 30: La Città di Ragusa da una carta del 1571 [Bibl. Marc. Rar. Ven.]).

[44] — Tačniju bibliografiju v. S o m m e r v o g e l VII, 11—15 i G. R o s a n o. c.

[45] — Ex Arch. S. I.: »P. Paulus Bettondus, ex Stagno, natus 11 Nov. 1681, ingr. 14 Nov. 1697....« Cat. trienn. Rag. 1714 i 1717 ima godinu rođenja 1679 (Nov.); u Red je stupio po Cat. trienn. Rag. 1711: 4. XI. 1697, dok Cat. trienn. Rag. 1714 i 1717 ima 4. XI. 1696. — Javne zavjete (coadj. spir.) 15. VIII. 1712.

[46] — Cat. trienn. daje jednom kao godinu rođenja april 1655, a drugi put 1654. Ona prva je vjerovatnija.

[47] — Cat. trienn.: ingressus 8 Dec. 1680.

[48] — Pravi je natpis djela: »Plam sjeverski to jest pjevanje u hvalu moskovskoga veličanstva.... prikazano Savi Vladisavljeviću istoga veličanstva svjetniku....« (Štampan u zabavniku DUBROVNIK za g. 1866; rukopisi: K u k u l j e v i ć, ARKIV V, 182). — Više o knjiž. radu I. Gradića v. D. P a v l o v i ć o. c. 39—40).

[49] — Tačniji datum: 11. XI. 1645 (S o m m e r v o g e l VIII, 266. — Tako i u Cat. trienn. Rag. počevši od g. 1700, dok prijašnji imadu g. 1646).

[50] — S o m m e r v o g e l daje kao dan smrti o. Tudiševića 5. oktobra.

[51] — Naslov je djelu: Izvarstnosti svetoga Josipa (Praerogativae S. Iosephi). Po S o m m e r v o g e l u to je prevod sa talijanskoga. Sommervogel spominje i dva docnija izdanja istoga djela: jedno u Anconi, a drugo u Firenzi (VIII, 266).

[52] — I. L. Zuzzeri rodio se 26. II. 1717 (S o m m e r v o g e l V, 145).

[53] — Bibliografiju djela o. Bolića v. S o m m e r v o g e l I, 1622. — Sommervogel ne spominje izdanja Bolićevih oda od g. 1810. i 1812. (»Odae I. C. Angeli et Blasii Bolich«, Dubrovnik 1810, 1812). — U arhivu mletačke provincije Družbe Isusove ima omašan rukopis Bolićevih »Besjeda« pisan autorovom rukom. (M. Vanino).

[54] — B. Zuzzeri rodio se 2. I. 1682. (Tako Sommervogel VIII, 1542 i sedam Cat. trienn. Rag. od 1720—1743).

[55] — »Besjede duhovne oca Bernarda Zuzzeri Dubrovčanina Družbe Jezusove« štampane su g. 1793 u Dubrovniku. (Više o njima v. D. Pavlović o. c. 92—93). U predgovoru tom izdanju štampana je u izvodu (ragguaglio) i ova Bašićeva biografija o. Zuzzeria. Prevodilac je učinio mnoge izmjene i popunio praznine Bašićeva originala (v. D. Pavlović o c. 42).

INDEX IMENA I MESTA